



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



888  
I 80  
K4



# ANALECTA ISOCRATICA

C O M P O S V I T

B R V N O K E I L  
D R . P H I L.

---

S V M P T V S F E C E R V N T

F. T E M P S K Y  
P R A G A E .

G. F R E Y T A G  
L I P S I A E .

M D C C C L X X X V .



PARENTIBVS CARISSIMIS

SEXTVM MATRIMONII LVSTRVM

IN AVGVRANTIBVS



Greeke  
Hiersema ..  
3-17-27  
1493

## PRAEFATIO.

---

*Edentibus nobis Analecta haec Isocratea praeopus videtur esse: namque et qui sit liber noster et quibus extractus auxiliis explicandum.*

Summa rerum continetur capitibus primo et a prius omnes locos qui apud alios veteres scriptores ex leguntur composui atque addita scripturae discrepan lectionum farragine ita opere procedente utor, ut inde f rebus altero in capite comprobandis substruam, quo i accuratius, qua via quare ratione Isocratis orationes si ad aetatem pervenerint; ideoque hanc subii quaestione firmius recensionis fundamentum iacere nobis liceret. Ita disitulo, haud paucia utroque in capite occurserunt, quae rata copiosaque tractatione — sive quod parum adh quod aliter mihi ac viris doctis diiudicata erant — videbantur, tamen breviter adumbrari aut leniter per modo poterant. Omnia igitur quae enarrationibus argu conserendis erant iniqua quaeque annotationum ampli seiunxi seiunctaque unum in locum composui; hisce iungerem aliqua quae ut laxius connexa cum re tra mihi curae erant, quam quae omnino reticerem, factu efficerem caput, cui ‘excussum’ indicem vindicare de tribus ‘Analectorum’ partibus, quibus capitum relinquitur ut eam paucis commenter, quam indui praemisi. Atque hic cum finis sit omnis studii positi, ut veterum hominum vitam ex cunctis et art monumentis, quibus tempora pepercerunt, nobis refi quam e situ ruderibusque resuscitemus, ea huius st ad sospitanda veterum scripta spectat, minime pluris.

viae praemunitio, qua ad altiora expeditius petamus. Attamen totus ego in lectionibus singulis perscrutandis componendis dijudicandis, totus in minutiarum minutissimis: studens igitur quod in promptu est opprobrium cavere paucas plagulas curis criticis praefigendas curavi, quibus quid in universum de ipso Isocrate de eiusque vita et scriptis sentirem summatim exponerem. Hanc iam respice illius partis naturam: videbis cur eam sine titulo legi maluerim quam falsas ipso nomine spes moveri, praesertim cum singulas res minime omnes pari cura pertractauerim, aspernatus fere notas vel de quibus inter viros doctos constat, commentatus accuratius de quibus aliud atque ceteris mihi iudicium videbatur ferendum esse. Neque etiam simulata scientia cunctos vilissimae cuiusque rei testes attuli, sed dedita opera transii silentio quae facillimo negotio e volumine altero diligentissimi operis Blassiani 'die Attische Beredsamkeit' vel a tironibus repeti possunt: cum pulvisculo omnia converrere meum non erat, cum praeluderem, ut praeaverterem. — Sed in primum quoque caput quaedam propterea necesse animadvertere, quia doctissimus quisque summo iure valde mihi videtur posse timere, ne sit munus conquirendi locos Isocrateos ex veterum literis longe difficultius, quam quod ab adolescente suscipiatur. Quis vero crediderit hoc me illos congerentem plane fugisse aut congestis iis ne omissem multa omnino veritum non esse? — Et ipse mihi certos constitueram fines, intra quos aliquatenus vires operi responderent, eosque tantum locos recepi, quibus ipsa oratoris verba comprehenduntur; nam imitationum quoque Isocratearum genus latissime patens ex seniorum scriptorum reliquiis enucleari et colligere profecto munus erat meis gravius umeris. Attamen cognita muneris difficultate in consilio persisti eoque diligentius mox rem persecutus sum, quo luculentius procedente tempore perspiciebam, esse quae Blassius in suum non convertisset quibusque compositis haud inutile supplementum editionum Isocratearum quae feruntur possem praebere.

Et cum hunc in usum locos undique conquisitos componerem, necessario discedendum mihi erat a ratione ceteroquin omni numero mihi probata, quam Fuhrius in egregiis suis commentationibus Musei Rhenani volumini tricesimo tertio insertis secutus est; etenim si, quod vir ille doctissimus fecit, exhibitis diversis lectionibus statim quae esset optima disceptare instituisse, parum habile iis effecisse ad miniculum, qui lectionum varietate respectu Isocratem lecturi sunt. Quamobrem diversas scripturas testium inter se discordantium singulas deinceps enarravi seiunctimque ab enarratis modo in annotationibus

modo in excursibus criticam artem exercui. Recessi autem hac ab ratione iis solis locis, quibus res duabus tribus re voculis appositis inter lectiones diiudicari potuit; ubi testibus inter se discrepantibus nullo verbo meam sententiam significavi, eam me tueri scito lectionem, cui primam sedem concessi. In ipsis vero adferendis lectionibus minutas neglexi potioresque ita selegi, ut iusto plures fortasse notare studerem quam contrariam in partem peccare. Adscripsi autem scriptorum locos omnes, etiamsi scirem alium aliud esse fontem, non quo quid nos inde proficere posse crederem, sed quia primarios tantum auctores nominare, quod in animo erat, meis viribus maius esse inceptum mox intellexi, qui in Harpocrationis asseclis ceterisque glossographis non haererem, ex rhetorum scholiis et gnomologiis non me expedirem: tamen quantum potui eorum scriptorum nomina et locos uncis inclusi, quos inter omnes constat ex auctore modo arcessito pendere. Practerea autem saepissime factum est, ut interposita lineola locis illis adderem alios, quos duplicitis generis esse facile videbis: alteri enim forma quamvis mutata sine dubio redeunt ad verba Isocratea quibus sunt apposita, alteri eodem non sine fructu adsciscuntur, licet indidem certo non possint derivari. — Asteriscum autem eorum scriptorum nominibus praefixi, qui verba oratoris aut in brevius redegerunt aut quemvis alium in modum deformaverunt. Signa denique quae in apparatu critico adhibui solemnia receptaque sunt, nisi quod reversus ad Bekkeri consuetudinem vulgatam, cuius fidem atque auctoritatem adhuc paene incognitam studiis criticis Isocrateis cum omnibus tum meis dubiam quandam infidamque speciem offundere bene scio, litera  $\varsigma$  notavi et libros 'Antidosis' per 'a' compendio additum distinxi, sicubi in recensendis prioribus orationibus illius codices, quippe qua ex his excerpta contineantur, in censem vocare licuit. Illud autem reduxi, ut vulgatam Isocratis et Stobaei, quarum utramque per 'v.' vel per 'vulg.' indicare solent, facilius inter se distinguerem: novari hoc, ne ipse me consortem redderem ambiguitatis a Blassio Fuhrioque admissae, qui eodem signo, quo in aliis scriptoribus ad indicandas divisorum scribarum manus utuntur, in Isocrate ad distinguendos orationis quintae decimae libros adhibent. Itaque pro E<sup>2</sup> Θ<sup>2</sup> Λ<sup>2</sup> vulg.<sup>2</sup> dedi E<sup>a</sup> (i. e. E<sup>α(ντιδοσίς)</sup>) Θ<sup>a</sup> Λ<sup>a</sup> Σ<sup>a</sup> et, si cunctos libros significatos volo, Is.<sup>a</sup>. — De ceteris notis disserui p. XII.\*)

\* ) Et cum Analectorum horum novem iam quaterniones qui dicuntur typis expressi essent, editus est liber 'Mélanges Graux' (Parisiis 1884) inscriptus, in quo Alfredus Schoene 'de Isocratis papyro Massiliensi (Isocr. ad. Nicoclem § 1—30)' commentatus in lucem emisit scripturae reliquias, quas sedecim schedulae papyraceae Aegyptiacae ab

*Quae altero loco praemonenda mihi sunt paucis absolvere licet. Conscripteram enim quae hoc libello continentur ad summos in philosophia honores consequendos obtuleramque ea ordini philosophorum amplissimo Gryphiswaldensi; sed cum integrum opusculum dissertationum quae vocantur ambitum superaret, ex illo eam primi capitinis partem, quae priori editionis Blassiana volumini respondet, separatim exprimendam curavi, ut particulam istam paginas huius libelli 13—57 complecentem, cui pro natura sua ‘Analectorum Isocrateorum specimen’ inscripsi, solemnum dissertationum in usum destinarem. Moneo autem ‘Speciminis’ illius paginas novissimas hoc in libello emendationes legi.*

*Exponendum denique quae mihi subsidia in conscribendis ‘Analectis’ praesto fuerint. De editionibus quibus usus sum verbis parcere licet, nisi quod moneam sane oportet Antonii Monachi locos me e Gesneri editione repetivisse, contra eos locos, quos ad versionem Ribittianam exhibui, Wachsmuthii libri ‘Studien zu den griechischen Florilegien’ paginis 166 sqq. deberi; eodem ex fonte fluxisse quas ‘gnomologii Parisis’ et ‘Melissae Augustanae’ protuli lectiones per se intellegitur, cum prima horum gnomologiorum frustula ipsum istum per librum Wachsmuthius lucem visere iusserit. Ceteroquin vero nullum fere in caput primum recepi locum, quem non ipse ex scriptoribus veteribus hauserim; trium quattuorve autem eorum, quos ab aliis mutuatus sum, auctores religiose adscripsi; quam rem omnino ita gerere non potui, nisi ad copias bibliothecae gymnasii Regii Ioachimici per singularem illam liberalitatem, qua nunc illa administratur, mihi aditus utique patuisset. Verum ut ad editiones revertar, Segueriani qui dicitur sexti locos non ex Anecdotois Bekkeri, cuius fidem in excudendo codice illo Coisliniano nuper Boysen praedicavit, sed ex Bachmannianis depropensi, quae integrum lexicum complectantur, cum eius Bekkeriana solam literam a contineant; neque enim eiusdem libri alios locos aliter notare volui. Contra in rhetoribus Graecis, quos vocant, partim Walzianam partim Spengelianam editionem adhibui, quanquam si constare mihi*

*editore tertio a. Chr. n. saeculo vindicatae ex oratione ‘ad Nicoclem’ servant. Sunt eae ex parte literarum plane evanidarum; attamen ea quae legi possunt valde digna puto, quae omnium animos in se convertant, et quia illis antiquiores orationum Isocratearum testes — etsi de aetate papyrorum a Schoenio recedas — non habemus, et quia exemplar Aegyptiacum insigni lectionum diversitate a recensionibus librorum quos nos tenemus Isocrateorum abhorret. Praeterea viri docti velim animadvertant, quam egregie quae pag. 84 sg. disputavi ipsis papyrorum lectionibus confirmantur; accuratus vero de Massiliensis auctoritate in Hermae Berolinensis vol. XIX p. 596 sqq. disputaturus sum.*

voluissem, solam illam sequi fortasse debui; et melius recensiti mihi esse et plurimum n  
quani decem volumina Walziana. Stobaei  
Dindorfiana dare adhuc coacti sumus veri  
causa dubitari posse credam, num in Isocratensis  
collatione multa profecturi simus. Et  
tam nitide atque eleganter ex Useneri collat  
tulit, quis est quin mecum gaudeat? Praeter  
quorum scripta saepius mihi adhibenda erat  
studiis Isocrateis et editione sua profuerit et o  
Beredsamkeit' non meum est praedicare, Wi  
'Studien zu den griechischen Florilegiern' ha  
iam memoravi, Martinus, ad quem quaecum  
nibus profero redeunt. Quibus viris quantum  
bunt: hanc ego iis gratiam rettulisse me sp  
copiis non usus sum, sed utique proprium  
Quam vero istis non dico referam, sed habeam c  
gratiae facultas neque est nec potest esse unq  
Susemihlio Wilamowitzio, praecepto  
qui nunquam sua me destitutum voluerunt d  
Hellerio, gymnasii Ioachimici professori et  
opera hic liber omnino non in lucem prodii se  
benevolentia vel in plagulis corrigendis aux  
Impotens referendi, dum mutuo pudore suffici  
mihi favisce viros, grato imprecor animo mu  
vida fata: huic quoque laetitiae dolorem im  
haec potui Analecta illius immemor viri et  
discipulo mihi vix puberi tractandum propos  
piam revoco memoriam hoc quo ante sex dis  
exoptans cum desiderio, uti messes in adulesc  
in puero condiderat.

Dabam Havelbergii a. d. VIII. Ko

# NALECTORVM DISPOSITIO.

	pag.
.....	IV
.....	XII
gnoscuntur Isocratis vita et orationes . . . . .	1
conveniuntur quae ex Isocratis scriptis superstibus criptores excerpta leguntur . . . . .	13
18; II — p. 27; III — p. 32; IV — p. 35; V — p. 42; ; VII — p. 44; VIII — p. 46; IX — p. 52; X — p. 55; XII — p. 59; XIII — p. 61; XIV — p. 63; XV — p. 64; 6; XVII p. 67; XVIII — p. 69; XIX. XX — p. 70; e — p. 71.	
stitutiones criticae Isocrateae . . . . .	73
opus quando natum — p. 73. Recensiones I et s quo es comprehendantur — p. 80. Archetypi librorum Iso condio et natura — p. 83. Critica ars quae sit in Iso nda — p. 86.	
ursus . . . . .	89
p. 1—12: a) ad Isocratis vitam Plutarcheam — p. 89. item de bigis — p. 94. c) ad epistulam Demoniceam — igmenta desperditarum orationum Isocratearum — p. 101. <i>τον, σαντον σαντον</i> apud Isocr. et scaenicos (ad I 14, 104, in titulis — p. 111; usus v paragogici apud scaenicos comparatus cum titulorum usu — p. 121; v quomodo scriptis adhibendum sit — p. 122. 3. Ad I 15 (p. 15) . Ad I 17 (p. 16) et 5. Ad I 28 (p. 20) — p. 124. 6. Ad — p. 125. 7. Ad. II 4 (p. 27) et 8. Ad III 15 (p. 32) 9. Ad III 18 (p. 83) et 10. Ad V 117 (p. 43) — Ad VI 104 ( <i>γεγονής</i> — <i>γεγενηέσ</i> , p. 44) — p. 128. 19 (p. 49) — p. 130. 13. ad IX 44 (p. 54) — 131. tulum (p. 55) — p. 132. 15. ad XII 30 (60) — p. 133. 18 (p. 62) — p. 134. 17. ad XIV 5 (p. 63) — p. 135. 24 (p. 70) — p. 136. 19. ad XIX 46 (p. 70) — p. 138. 8 (p. 71) — p. 142. 21. ad ep. 4,11 (p. 72) — p. 143. ous quibusdam archetypi (p. 78) — 145. 23. de glossematis mentis Isocrateis (p. 86) — p. 146.	
.....	149
tium — p. 150. II. Index locorum — p. 156. III. Index 158.	
corrigenda 160.	

# ANALECTA ISOCRATEA.

## NOTARVM TABVLA.

- Is. = libri Isosratei omnes. — *I* = Urbinas, cuius collationem in or. IV praebet Martin, *le manuscrit d'Isocrate Urbinas CXI de la Vaticane* (Paris, 1881). — *E* = Ambrosianus. — *A* = Vaticanus (936). — *Θ* = Laurentianus. — *Z* = Scaphusiensis. — *V* = Vaticanus (65). — *M* = Marcianus. De his cf. Isocrat. ed. Blass. vol. I praef. p. V sq. — De *s* (=vulgata) et *E<sup>α</sup>Θ<sup>α</sup>A<sup>α</sup>Is.<sup>α</sup>* cf. praef. p. VII ibidemque in annotatione de *M* = Massiliensi (or. II 1—30).
- De Stobaei libris velim Dindorianaæ editionis praefationem, de Prisciani ad eas Hertzii tabulam GL. II p. XXXIV K.
- Compendia cetera notissima sunt: de gnomologiis pauca adicienda videntur.
- Gnom. Byz. = Gnomologium Byzantium ‘Γνῶμαι κατ’ ἐκλογὴν ἐκ τῶν Αιγυπτίουν καὶ ἔγχειριδίουν τοῦ Ἐπικτήτου καὶ τῆς πρὸς Δημόνιον ἐπιστολῆς τοῦ Ἰσοχράτους καὶ ἐτέρων φιλοσόφων, quod Wachsmuthius, *Studien zu den griech. Florilegien* p. 166—207 composuit.
- Exc. Laur. = Excerpta Laurentiana (ex Ioannis. Damasceni Parallelis): Stob. flor. ed. Mein. IV p. 147 sqq.
- Exc. Vind. = Excerpta Vindobonensia: Stob. flor. ed. Mein. IV p. 290 sqq.
- Mon. = Florilegium Monacense: Stob. flor. ed. Mein. IV p. 267 sqq.
- Leid. = Florilegium Leidense: ed. Beynen (Lugd. Bat. 1837. diss.).
- Pal. = Florilegium Palatinum: ed. Wachsmuth in ‘Satura philologa Hermanno Saupio oblatæ’ p. 14 sqq.
- Bar. = Florilegium Baroccianum: ed. (Bywater). Oxoniæ 1878.
- Par. = Florilegium Parisinum: ineditum; cf. praef. p. VIII et Wachsmuth, *Studien z. d. gr. Flor.* p. 163.
- Gnom. Basil. = ‘Gnomica Basileensis’ i.e. collectio ‘ἀνδρῶν ἐπισήμων γνῶμαι’ inscripta, quam praebent Frobeni ‘scriptores aliquot gnomici’ (Basil. 1521) p. 142 sqq.
- Geogid. = Georgidae gnomologium ap. Boissonad. An. Gr. I 1 sq. (Adhibui praeterea Gnomologia ap. Boissonad. An. Gr. I 113 sqq. edita).
- Aliis de notis dixi praef. p. VII.

Isocrates Theodori filius ex Erchia pago Attico o  
est quinque annis ante exortum bellum Peloponnes  
paucis diebus post commissam pugnam Chaeronens  
spatio quanquam ter humanam aetatem explevit terque  
vidit res Graecas, tamen inde ex eo tempore, ex quo  
publicis sentiret professus est, unam eandemque s  
doctrinam non destitit: bellandum esse contra Persas  
Graecis inter se reconciliatis. Neque igitur mirum c  
terunt, qui oratorem acriter vituperarint conclamantes  
pientius cogitari possit quam hominem contra Persarum  
incitantem eo tempore, cum hic illorum res omnino i  
aut vix attingeret. Et unam certe rem idem explicat  
viri sui constantiam recte animadverterunt, cum Is  
saeculi hominum consiliis et voluntatibus adeo inhaes  
rerum quibus genera insequentia studuerunt propter in  
animi tarditatem segnitiemque admodum aegre ratione  
Quamvis autem alte quae puer didicerat iuvenisque  
in animum descenderint, tamen adduci nequeo ut ta  
tique ingenio Isocratem fuisse credam, ut quaecunq  
non sentiret utique vana irritaque dicta esse. Scio  
non solum posse excogitari sed fuisse etiam cur orat  
ad vitae usum transferri nequire tarde perciperet -  
sui ingenii amorem et recessum in quo a fori luce p  
et clamoribus remotus, quae eum fortasse de dicta su  
narum condicione non celassent, per totam vitam latu  
hoc quoque recte inquam monetur, tamen rem non c

---

<sup>1)</sup> Hermippus (ap. Diog. L. II 55) auctor est Isocrater  
filium Gryllum proelio Mantineensi occisum laudationem scri  
autem eodem ex pago ortus est: si igitur Isocratis erat laudati  
consolationem obtulerat, sin spuria, falsario ipsa Xenophontis et I  
origo subiciendae orationis ansam dederat, ita ut nulla ratione c  
niae nato laudationis auctore cogitare cogamur, id quod Blassius (f  
fecit. Evidem causam non video cur Hermippo fidem denegat.

ublicarum cognitionis vestigia apud oratorem hic illic depre-  
is. Quis enim est quin miretur quod orator aequi iustique  
n solam habendam esse in oratione 'de pace' conscripta docens  
thenaico' dixit didicisse Lacedaemonios ἐξ αὐτῶν τῶν συμβεβη-  
κτῶν μὲν τοὺς νόμους τὰς τε πόλεις καὶ τὰς χώρας τούτων  
πούσας τῶν ὁρῶν καὶ νομίμως κτησαμένων, κατὰ δὲ τὴν ἀλη-  
θινὴν γνονομένας τῶν τὰ περὶ τὸν πόλεμον μάλιστ' ἀσκούντων  
in ἐν ταῖς μάχαις τοὺς πολεμίους διηγαμένων (§ 46.), cf. V 45. —  
vero hoc solo loco relinquitur quod explicatione indigeat, sed  
stiam aliis; atqui illam nisi in tritis istis quae oratori impo-  
lut 'kurzsichtige Gutmütigkeit, verschwommene Gefühlspolitik,  
ie Urtheilslosigkeit' similibusque latere credas, perlustrandae  
sunt Isocratis vita et orationes numquid aliud eruere liceat.  
ianquam Atheniensium neminem fuisse credo, qui cum Euri-  
rg. 569, 2 N) versum οἱ μὲν γὰρ οὐκέτ' εἰσιν, οἱ δ' ὄντες πανοι-  
tophane ad poetas aequales translatum audiret (ran. 72) risum  
, tamen quo quis spectatorum melius suae aetatis ingenium  
tum habuit, eo magis putandus est sensisse quam acerbe  
e serio comoedus, ioci ut solet persona indutus, poetas Athe-  
conquestus sit fuisse. Qui enim insequentium temporum viri  
s in litteris Graecis ducebantur, versus non adhibebant sed  
i oratione utebantur; neque vero tragicorum partus aut fontes  
annerant ut qui aetate eos consecuti sunt nihil inde lucra-

Mutabant enim leniter aut mutuabantur a veterum poesi  
s dialogorum philosophicorum ipsam loquendi formam, scrip-  
torum gestarum orationes quae dicentium animos depingendi  
am primis temporibus inde deprompta rebus inserebantur<sup>1)</sup>,  
ographi veteres velut Gorgias Polycrates alii ipsas laudum  
itionumque causas. Contra oratores recentes postquam veteres  
s penitus ex tragedia pendentes<sup>2)</sup> campo cedere coegerunt,

---

Hoc Leibniss (die Reden des Thukydides' übers. von J. Imelmann,  
883) in Thucydide sola rerum tractatione scriptoris perlustrata eleganter  
ravit, quanquam dolendum quod ex ipso sermone sententiae suae argu-  
travissima subdere supersedit. Qui vir doctissimus cum tragicos scrip-  
tum esse ipse doceret, a logographis qui dicuntur Ionicis orationes  
sertas esse idque ad epicorum exemplum compositas minime concedere  
nam quod factum esse statnere vetamur ratione ducti, idem ne fuisse  
mamus ipsa fragmentorum superstitem indole prohibemur.

Hac de re alio loco fusiū agam. — De paradoxographis haec pono:  
rum in fabulis liberos contra parentes, maritos contra uxores, duces contra  
sirortas ιόντες ἀγνόντες facerent, substruendis peiori rei speciosis et quantum  
potuit honestis argumentis et rationibus quid alind praestabant audi-  
quam paradoxographi postea lectoribus suis? Neque reticendum videtur  
tiones istas in argumentis tragicis versari: Helena Palamedes Busiris  
aestra Neoptolemus Alexander Penelopa nomina sunt fabulis assueta;  
. imitatores ad exempla arte se applicabant.

Siculis suis artificiis Atticum forum tenuere. Cum igitur quasi intermortua vera tragoedia ex veterum literis aliqua essent servata, servatis nova multa addita, tamen quae quinti saeculi spectatorum unusquisque poetarum inventa audiens discebat, ea insequentis aetatis homines liberali doctrina eruditissimi aequalium argumentationes contemplationes declamationes lectitantes aegre sibi parare poterant: volgus cum talia non concoqueret in foro atque iudiciis exultabat dediscebatque quae proavi fabulis auditis inflammati coluerant, patriae amorem morumque sinceritatem. Hoc iam tum conquesti sunt multi, pauci malo adhibere medicamen conati: inter quos fuit Isocrates. Isocratem enim dico, cum tragoediam intellexisset floruisse, hoc publicas suas orationes conscribendo studuisse, ut aequalibus id praestaret quod poetae isti maioribus. Horum igitur aemulus extitit, cum numerum istum et modum induceret, quem in soluta oratione quamvis versus evitandi essent servari oportere docuit (Cic. Brut. 8, 32); neque reticendum quam anxie et religiose in eligendis verbis se gesserit; quantum enim recentiores tragicci ab illius temporis sermone urbano granditate verborum et maiestate abhorrebat, tantum Isocrates castitate dicendi et puritate praeter aequales minus delectissimae cuiusque vocis avidos florebat. Hisce singularia articia ex tragicorum officina deprompta haud pauca possis adipisci, ex quibus postea nonnulla erunt tractanda<sup>1)</sup>. Quid? quod adeo sua limavit ut non modo hiatum vitaret, qui poetarum usus iam antea a technicis quibusdam in orationes erat receptus, sed tam caute verba componeret, ut ne elisiones crasesque pronuntiatio difficiliores quidem pateretur et saepissime a simplici atque inaffectato verborum ordine hanc propter causam recederet. Et cum tali arte adeo audientium animos delectaret, ut conclusiones istae ad numerum factae, singula enuntiatorum membra inter se respondentia aequabilemque ad ambitum composita, sententiae naturali quadam verborum circumscriptione constrictae magis ad versuum decus ac suavitatem quam ad pedestris orationis tenorem aequalibus accedere viderentur (Alcid. c. soph. 14), ipsas res ita tractabat, ut legentium animos et mitioribus et gravioribus motibus elatos ad optimi cuiusque studium revocaret; quo munere poetarum peculiari quam bene functus sit Dionysius Halicarnassensis (de Isocr. iud. c. 5 sqq.) exposuit et ipse quoque orator plus uno loco de granditate causarum ab ipso tractatarum gloriatur. Isocrates ergo ut idem aequales ex ipsis orationibus possent haurire quod patres ex fabulis tragicorum, pro versuum deliciis sermonis suavitatem et elocutionis artem, pro argumentis religione animos commoventibus dictorum sententiarumque elegantiam et rerum publicarum tractationem deliberationemque dignissimam reposuit.

Fuit igitur Isocrates tragicorum aemulus: videsne nunc cur tam acriter orator poetis scenicis adversatus sit, qui non solum in enarrandis rebus a dis heroibusque gestis tragoediarum colores spernere

<sup>1)</sup> Cf. exc. ad I 14 et ep. 4, 11 annotationem alteram.

soleret popularemque famam sequeretur<sup>1)</sup>), sed etiam poetarum inventa metri decore orbata saepissime sententiae plane vacua esse conteneret (IX 9 sqq.). Quae dum scribit, ipse nos quod voluit docuit: talia enim sunt verba hominis aemulos oppugnantis, qui competitores aurae popularis ita superare studet, ut cum isti solam elocutionis elegantiam neglecta sententia curarint, ipsum se elate cogitata speciose explicare dicat. Neque vero Homeri poesi veteribusque tragicis adversabatur (II 48): tragicis recentioribus obtrectabat. Illorum enim, quos optime se novisse fassus est (XII 33), mentionem simplicem inicere solet: hos ut sine vituperatione appellat vix ab animo impetrat (IV 168. V 109. IX 62.). Hanc denique si oratori cum poetis simultatem fuisse statueris, non miraberis ipsum tragicorum nomina silentio transire interque discipulos eius paucos admodum poeseos inveniri amatores, cum oratorum rerumque scriptorum Isocratea doctrina institutorum eminentia ingenia inclaruerint plurima: quos cottidie impugnabat, eorum scripta de sua ipsius arte metuens apud discipulos vix tractasse putandus est.

Quodsi Isocrati, ut quae voluit assequeretur, dignae propositores tractandae erant, spreta historia fabulari, promptuario illo adversarium, ad patrum res gestas solas se conferre coactus est. An ex iis quae post Athenas dirutas facta sunt civibus exempla patriae amoris vitam libenter prodentis proferre licuit? an argumenta inde repetere, quibus Atheniensium non Lacedaemoniorum in Graecia esse dominationem decere probaret? an expeditiones insignes — praeter unam Xenophonteam — quarum prospero ex eventu stimulus aequalium animis ad bellum contra Persas concitandis adferret? Tales autem patrum erant res gestae, quarum tum iam sanctior illustriorque evaserat memoria: oratoris aetatis in umbra paucissima convaluere quibus uti potuit.<sup>2)</sup> Aut igitur Isocrati causae grandiores omnino non tractandae fuerunt aut maiorum ex facinoribus gloriose perpetratis potissimum sua haurire debuit: illud autem ei cum opus esset, ut tragicorum, quorum quasi vicarius esse voluit, par aemulus existeret, hoc supersedere non potuit. Itaque cum illorum in factis et consiliis necessario cottidie versaretur, quid mirum quod multa inde parum recte ad suam aetatem transtulit? Erat homo: cui autem hominum tale quid non accidere facile potuit, si quidem ipse quoque fatali quadam vinculo cum illarum rerum tractatione coniunctus fuisse? — Licet igitur ipsum illud studium oratori vitio sit vertendum, tamen laudis ei causa facta est: illa enim poetarum imitatione et aemulatione tanquam gladiator in ludo ad certamina quae ei cum adversariis et ipsis

<sup>1)</sup> U. de Wilamowitz-Möllendorff, de Euripidis Heraclidis comment. p. XV (ind. lect. Gryph. 1882). Quem locum (XII 168—174) contra proferre possint, eum quo quis accuratius verba oratoris perlustrabit, eo magis mea pro sententia pugnare videbit. Comoediam bis cum contemptu memorat: II 44. VIII 14. De poetis gnomicis cf. Blass Att. Bereds. II 44.

<sup>2)</sup> Haec in loco inseruit laudesque Cononis Euagorae Timothei celebravit.

artis oratoriae studiosis conserenda erant cottidie exēsi in campum descenderat talem se praestaret, qualis is fuisse, qui ceteros aemulos profligaret omnes, Platoni cē Hae pugnae, quibus Antisthenē Alcidamantē Polycrat traque Platonem (et Aristotelem) fortiter feliciterque suātuitus est, deinceps nobis erant quasi altera Isocratis tractandae, nisi nos ab hoc officio Usenerus Reinhardi rei tractationibus liberassent, quibus quid ego adicias nova igitur nos conferamus.

Namque Isocrates haec neque sola neque per om̄e studuit, quem, postquam belli Peloponnesiaci clade ut al ipse res familiares pessum dedit, egestatem ad orationes non aliter ac Lysiam ad artes componendas impulsisse s. Lysiam artibus initio editis discipulos instituere student aemulo imparem ad iudicia se contulisse accepimus, verisimillimum est, cum Lysiam in iudiciis regnantem non posse intellexisset, ex litigantium ordinibus in sch se recepisse; quod factum est circa annum 390. Ludum tuit et libellum edidit, quo consilia et exempla egregie praeceptoris munera non sine acri adversariorum aemulorū gnatione memoravit; nec multo post contra Polycrat eloquentiae professorem orationem rustice et illepede cor 'Busiridi' nomen indidit, in lucem prodire iussit. Et quae fugerat, in ludo adiuvit fortuna: in ludum recens conditū excurs. 1, a) in dies plures discipulos recipiebat et brev rem familiarem resarsit, ut beatissima condicione uterū victu cogitare non iam coacto primum visum est dedectiones vilis argumenti subieruntque cogitationes illius st̄ ab hoc tempore per totam vitam eum detentum fuisse s. Decem qui paucissimos tradunt annos oratorem in conscientyrico<sup>3</sup> consumpsisse<sup>1</sup>): in quo quamvis ipse mult desudasse testetur, decem tamen illis annis fidem non aliud mihi videretur accedere; hoc est quod Isocrates dibilitam condicionem certaque totius vitae consilia capie non tam sedati erat animi, ut quae modo nova cogit solitis maiora, haec statim eleganter literis consignare p autem anno 380 orationem, qua cum Alcidamantis e sollerterem impugnationem instituit tum patriae splendidissim clarissimam laudationem praestitit, divulgandamque ideo pius recognitam tum curavit, ut Xenophonti adversaretur, c Graecae editio prior, rerum a Lacedaemoniis gestis defen laudatio, modo in lucem prodierat<sup>2</sup>).

<sup>1)</sup> Hoc est: veteres vitarum Isocratearum compilatores ignora quae ipsis inter annos 390 et 380 composita esse videretur. Nume batur sed ratiocinatione ab iis inventus est.

<sup>2)</sup> cf. Nitsche, Zeitschr. f. d. Gymnasialwes. XXX Beilage Jahr

Hac edita oratione Isocratei nominis et ludi famam Atticae arti fines non tenuere. Septem deinde annis post 'Plataicum' scripsit, qui cum 'Archidamo' coniunctus, quid Isocrates de Thebanis eorumque consiliis cogitaverit docet; 'Archidamus' enim circa annum 366 et scriptus et editus est. At Blassius alias rationes sequitur: in nona enim epistula, inquit, legimus oratorem posse quidem laudationem Archidami componere, sed alii hanc se permettere provinciam; oratio sexta autem teste ipso Isocrate (XII 239) est laudatio Archidami: dum igitur epistula nonna scribitur, oratio nondum extabat; atqui epistula anno 356 scripta est (§ 16): post hunc ergo annum oratio composita est. Cum vero Isocrates Archidamum non anno 356 sed 365 eam perorantem faciat, necesse est concludamus declamationis instar orationem habendam esse<sup>1)</sup>, qua fortasse Alcidamantis 'Messeniacum' superare voluit. Sed quia exordium orationis iam Demosthenes in 'Timarchea' imitatus est, post annum 353 'Archidamus' editus esse non potest (Att. Bereds. III 2, 352). Ergo intra annos 356 et 353 'Archidamus' Isocratis declamatio contra Alcidamantem conscripta et edita est. At primum quidem quaero num adeo epistularum origo extra dubitationis aleam posita sit, ut si de genuinarum orationum temporibus agatur, omnino illarum ratio habenda sit;<sup>2)</sup> argumenta ex iis petita nihil probant: sive cum iis quae nos ratione aliunde concludimus consentiunt — quis nobis praestet eadem ratione falsarium non usum esse? sive adversantur — quomodo testimonium, cuius fides admodum dubia videtur, pluris facere licet quam res certas recta computatione a nobis connexas? 'Archidamus' autem estne revera ista laudatio? quis affirmaverit oratione aliqua, quae nobis non servata est, Isocratem Lacedaemoniorum reipublicae condicionem non praedicasse? Et imitatio illa Demosthenica, quam premunt isti, estne omnino flocci facienda? quid impedit, quominus Isocratem et Demosthenem prooemiorum volumine usos esse statuamus, quale Andocidem et Lysiam tenuisse scimus (Blass Att. Bereds. III 2, 334) et ab Antiphonte

<sup>1)</sup> Hoc post auctorem argum. Isocr. VI Spengelius (*ovvay. τεχν.* praef. p. XXIV) et Vahlenus (der Rhetor Alkid. p. 14—16) fusius demonstrare conati sunt; habuerunt sectatores in primis Blassum et Reinhardum (de Isocr. aemulis).

<sup>2)</sup> Quid sentiam adumbravi annotatione ultima ad exc. 21; ego auctoritatem. Dionysii (de Isocr. iud. c. 9) Grotii (Gr. Gesch. V 595 sq. M.) Benseleri (ed. 1854 p. 70) affero. — Quod critici Alcidamantem contra Isocratem scripsisse 'Messeniacum' statuerunt, hoc non improbo: sed quod Alcidamantem ea oratione Isocratem non tam oratorem quam virum de rebus publicis disserentem oppugnasse confirmant, id non credo; nam in credendo omnis haec de Alcidamantis 'Messeniaco' quaestio posita est, et Vahlenus ex duobus quae illius servata sunt frustulis (frg. 1. 2 S.) Vahleniana quidem sagacitate multa expiscatus est, non Vahleniana conjectandi audacia admodum dubias res est amplexus. — Utrum Isocratis an Alcidamantis oratio sit prioris temporis, ego non video quomodo dubium esse possit. An ullum adversarii opprimendi vestigium apud Isocratem deprehenditur? Prior igitur Isocratis est oratio.

aliisque compositum esse accepimus (Spengel *συνογ.* τ  
Nos omnia haec missa faciamus redeamusque ad so  
qua non praeoccupato animo usus nescio an non al  
quam orationem iis temporibus quorum res trac  
editam esse. Huic sententiae ex qua Thebanoru  
tionem esse diximus favebat ipsa orationis indeoles.  
color, illa omnium affectuum commotio, illa tume  
quentia? Talia solis in 'Plataico' et 'Archidamo': qua  
dum ignotam adhuc civitatem ex parvis incrementis  
ritatem non solum pervenire sed eas etiam supera  
nervis omnibusque viribus ne fiant quae fieri nefas  
serat prohibere conatur. Duae cum usque ad id te  
principatu certassent, potuitne Isocrates omnino co  
parem extitisse? talis rerum Graecarum immutatio ei  
eversio, cui tota vis atque natura animi hominis e  
traditos orbes permittentis reluctabatur. 'Plataico'  
tibus in dies Thebanorum copiis Athenienses resist  
ensibus ipse persuadere popularibus conatus est: ne  
torum opibus Lacedaemonios paene oppressos auxili  
stituerent, efficere studuit 'Archidamo'.<sup>1)</sup>) Ita quae  
careret explicatione, excitans ista et excitata ma  
originem traxerit non iam quaeri potest; est auten  
oratio, quae quanquam in arte compositionis et elocu  
cedit, tamen hanc ceterasque omnes orationes vi  
orator audientium animos ira odio metu perfigit,  
spe perfundit; et recte Philostratus: ἀριστα δὲ τῶν  
*Ἀρχιδαμος* σύγκειται καὶ ὁ ἀμάρτυρος.<sup>2)</sup>)

<sup>1)</sup> Quod sese esse effecturum velim reputes quam confi  
tori sperare licuerit: paucis enim mensibus antea Boeotorum  
affectae erant, cum Callistratus tanquam amissae regionis  
ditionis accusatus causam obtinuisse.

<sup>2)</sup> 'Panegyrici' certe compositio laude dignior quam 'Arc  
quoque dispositionem optimam recte praedicat Blassius, q  
theil dieser kunstgerechten Anlage zeigt sich allerdings i  
Reden'; qui vir si nostram orationem inter annos 356 et  
iudicat, quomodo eam non esse unam illarum 'späteren R  
Mihi hoc novum testimonium est orationem ab oratore a  
quam Blassius vult conscriptam esse.— Philostrati iudicium de  
quanquam Blassius aliter sensit (Att. Ber. II 204). Ceterum l  
nos eam legimus, ab Isocrate profectam esse nego; hiatu  
curavit; nos nihil nisi epitomen orationis habemus quam  
legit, ut frustulum ab eo (rhet. II 19) servatum: ὕσπερ καὶ  
εἴναι εἰ ὁ μὲν Εὐθύνος ἔμαθεν, αὐτὸς δὲ μὴ δινήσεται μαθεῖ  
cur cum Blassio (ed. vol. II praef. p. XLIII) ad XVIII 15 refera  
eadem argumentandi figura saepissime potuit ab oratorib  
ad unum illum locum, ubi haec obvia est, verba ea referend

nes tres ad Nicoclem Cypri regem missae, ex coclem' inscribitur ceteras aetate superat; hanc ma accepit, tanquam festum diem celebrans

Cyprum adulescenti Nicocli misit (cf. II 1. 4), onsilio ductus. Qui enim illo tempore regulorum t, ut hominum literatorum quasi cohorte se cincocles, quantum ex Isocratis subobscura loquendi licet, induluisse videtur (cf. IX 78 sqq.) simul i imitatus (IX 47 sqq.); eloquentiae studiosis aperirentur Isocrates hanc regi orationem misit; tus est. Sed cum Nicocles domum splendore n non sine magnis quae parentibus impone dare posset neque bellis feliciter glorioseque rem sibi parasset (Blass Att. Ber. II 247), factum infringeretur. Atque ut concussum regnum statum adversus ipsum frementium sedaret, rexiarum tituli sunt 'Nicocles' et 'Euagoras' compriore ipsius Nicoclis egregiam civitatis modernorum sinceritatem continentiamque laudibus Euagorae patris facta de insula bene merita et seriem exaggeravit'). Sed cum ipsius virtutis is memoria apud intestinos hostes non tantum editiosorum fiduciam reciperaret, tandem inter autem orationes adeo non Theopompi acerbum lunt (ap. Athen. XII p. 531 e. d.), ut confirmarentis illis regulis fuisse, qui tunc luxuria et oneribus et crudelitate excruciantur, dum ipsi entur<sup>2)</sup> — Has tres orationes excipit 'Helenae 366 composita,<sup>3)</sup> quae tanta admiratione digna

t, forma non Isocratea, Aristotelis fragmentum ad no epitomen habemus.

rimum haec me coniecissem, tamen non dubitavi tanquam in certis argumentis sententia confirmari nequit, ita nostra conjectura denuo orationes illas perleget, recte m esse.

Anaximenes consentit (Ath. l. l. p. 531d. e.). — In agnis sine dubio princeps praemiis donavit rerum mutantur: illorum causam contra hos orator in prooemio ones factas esse verba docent: ἐταιρείας μὴ ποιεῖσθε μηδὲ μῆνς (III 54), quae exordium eius loci sunt ex quo optime intellegitur; nimirum omnia fiebant quae nunc vetantur.

contra Blassium evicturo mihi adfert benigne Susectionem 'Bemerkungen zu den Anspielungen und Bei XIV. Rede des Isocrates' (16. Jahresber. des Leopold-30), ex qua vidi summam eorum quae proferre volui iam - Pauca addam de verbis argumenti orationis: βίλτιον

videtur ut eam non magis heroines quam ipsius auctoris laudationem esse dixeris: est enim moderatae demonstrationis, elatae dictiois, elegantis rerum tractationis monumentum inter pauca insigne.

Orator postquam deinde inter mille ducentos, quibus ex συμμορφῶν institutione naves exornandae erant, receptus est, tres trierarchias quas dicunt praestitit, quarum novissimam cum a Lysimacho in permutationem provocatus a iudicibus damnatus esset. Itaque ut invidiā, in quam — id quod hac ex causa et ex priore, quam Aphareo filio apud iudices dicente sustinuit, intellexerat — et ipse et schola inciderat, extingueret et Athenienses de vita sua ac doctrina accūratius edoceret, ‘Antidosin’ edidit. Quanquam autem haud ita graviter sese tulisse dixit, quod pecunias in publicum consumere coactus esset, tamen quam libenter rebus suis pepercisset, satis dilucide verbis istis tectis significavit: τὴν μὲν οὖν δαπάνην οὔτως ἡγέκαμεν, ὥσπερ προσήμει τοὺς μήτε λίαν ὑπὸ τῶν τοιούτων ἐκταραστομένους μήτε παν-

δὲ λέγειν ὥσπερ ὁ Μαχάων, ὅτι πρὸς Ἀραξιμένην τὸν Λαμψαχηνὸν γράφει. φέρεται δὲ ἔκεινον λόγος, Ἐλένης ἀπολογία μᾶλλον οὐσα ἡπερ ἔγκωμιον; quis ille Machaon fuerit nescitur; quod primo cuique impetu in mentem venit, *Machaon* in *Mέχων* mutandum esse (Usener quaest. Anaxim. p. 11 ann. 2), facere vereor, quia nomina propria alias non nota periculosissimum duco esse corrigerē ad illustria. Testis profecto Machon Aristophanis Byzantii magister locupletissimus esset; quisquis autem Machaon fuit, pro nobis pugnat quod iam veterum grammaticorum inventur, qui orationem eo tempore conscriptam esse putarit, quo nos suademus; nam Blassio, qui Anaximinis vitam annis 380 et 320 contineri posuit, non adsentior, quia quod ad illum locum argumenti respiciens dicit: ‘diese Conjectur, dass Is.’s Helena gegen An. gerichtet sei, widerspricht schon den Zeitverhältnissen’ (Att. Bereds. II p. 352 ann. 2.), hoc est abicere testimonium, quod cum Diodoro Anaximenis nomen ad ol. 98 referente congruens ipsius nullis vere valentibus argumentis stabilitae coniecturae adversatur, quae est Helenam Isocratis circa annum 390 scriptam, Anaximenem autem circa 380 natum esse. Nihil autem impedit quominus Anaximenes circa 392, ut Usenerus vult, natus sit, ita ut anno 365 laudatio Helenae ab eo edita esse iam possit. — De Polycratis ‘Helena’ nihil habeo; de Gorgiae hoc monitum volo, nihil id probare quod in orationem Gorgiae sub nomine nobis traditam Isocratis verba cadunt quibus Helenam Leontini non tam laudationem quam defensionem fuisse edixit; hoc enim nescio an omnibus talibus declamationibus, quippe quarum natura hanc in partem scriptores peccare cogerentur, vitio verti potuerit; attamen de Gorgia ‘Helenae’ nostrae auctore Blassio adsentior, οὐδὲντεραι φροντίδες ἀπλῶς ουφάτεραι (Att. Bereds. II p. 222 ann. 3; III 2, p. 326 sq.); quas contra movit suspiciones Wilamowitzius (Deutsche Literaturzeit. 1881 p. 449), eas posse removeri credo. — Ceterum moneo, quod viros doctos fugisse videtur, initium orationis apud Ant. Monach. I 51, p. 57 extare, qui locum κύριος πόλει — τὰ μωμῆτὰ omissis verbis δὲ οφίᾳ — ἀλίθεια (unus versus? sunt triginta quinque literae) exhibet; habet καὶ post πόλειν, ἐπαίνῳ ἐπαίνῳ ut A, falsum ἐπιθεῖται, rectum μέμφεσθαι (μωμᾶσθαι Weidneri Atticum non puto); ceterae lectiones Antonii errore natae sunt; exhibet autem locum post Antagenis sententiam sine lemmate.

*τάπασιν ἀσώτως μηδὲ ὀλιγάρχως πρὸς χείματα διαιειμένους* (XV 5). Multas et tres iam oratoris trierarchias bellum devoraverat devoraturum fortasse etiam quartam quintam aliasque innumerabiles: quid mirum quod Isocrates pacis subito patronus extitit? Haec orationis octavae 'de pace' non ultima si acriter animum intendas causa est: refugit nimia tributa et onera publica<sup>1)</sup>). Sed male ipse sibi orator providit: quot convicia, ab ipso credo non sine pudore composita, ridiculis argumentis et condicionibus immixtis in maiores fecit, tot ipse in se iecit contumelias; quiique semper patriae amorem in ore habuit, is, hunc amorem cum rebus non verbis comprobare necesse erat, in oratione 'de pace' praesentem rei publicae statum eosque qui eum condiderant increpitavit, in 'Areopagitico' rem publicam qualis ante Ephialtis aetatem fuerat eosque qui eam moderati erant immane quantum laudibus extulit. Nimirum ipsius aetatis in re publica tributa pendenda erant: illorum sub dominatione omnes felici immunitate usos esse sibi fingebat; iam igitur pro iis quae oratione 'de pace' servatu digna esse negaverat, 'Areopagitico' proposuit quae reducenda sibi persuaserat esse. Ut ergo orationes 'ad Nicoclem', 'Nicocles', 'Euagoras' et 'Plataicus', 'Archidamus' et 'contra sophistas', 'Busiris' singulae inter se coniungendae sunt, ita 'Antidosis', 'de pace', 'Areopagiticus', quas eadem aetate omnes edidit, unius eiusdemque quasi cycli sunt.

Iam sequuntur Philippi Macedonis tempora, cuius a partibus Isocratem stetisse<sup>2)</sup> ipsius oratio 'Philippus' testatur; itaque cum a Macedonum adversariis patriae amor et ab eloquentiae aemulis imprimesque ab Aristotele, ut videtur,<sup>3)</sup> doctrina Isocratis per calumniam

<sup>1)</sup> Haec tam certo edixi quia alia ratione mihi mira illa rationum Isocratis immutatio explicari posse non videtur; confirmatur conjectura et ipsis orationis temporibus — sunt enim Eubuli — et duobus locis § 13 (*λητοφρούτων*; cur Blassius XII 145 XV 5 XVIII 58 diphthongum « pro γ reliquit? quanquam cf. Buermann praeft. ad Isaeum p. IX) et § 128 quibus minus tecte locutus est quam ceteroquin solet.

<sup>2)</sup> Quod dum dico minime Isocratem cum Aeschine Philocrateque contra Demosthenem componendum esse mihi sumo, immo Isocrates solus tribus Aeschinii Philocrati Demostheni opponendus est; nempe quae hi studebant praesentis temporis spe ac timore impulsi persequebantur, Isocrates autem non tam Atheniensibus cum Macedonum rege quam liberis Graecorum civitatibus cum unius dominatione ut ita dicam paciscendum esse indicavit. Hac enim sententia iam adductus erat ut Dionysium Iasonemque iidem ac Philippum posteriore tempore precibus adiret. Vix igitur ab iis qui hoc meminerint nobis occurretur, satisne prudenter fecerimus, qui Isocratem Demosthene rectius suae aetatis res perspexisse fassimus, cum ipsis orator ille quidem non errasse videretur, sed fortuito tanquam caecus recta via incessisse. At qui adeo sibi in adeundo principes constabat, is non caeca fortuna ferebatur, sed certa ratione ductus quid sibi faciendum esset apud animum suum constituerat.

<sup>3)</sup> Th. Bergk, Rh. M. XXXVII p. 362 ann. 2 et 371 sq.; cf. Teichmüller in Bursian Jahrb. 30 p. 4 sqq. (Aristoteles: Susemihl).

malitiamque in dies auctas peteretur, ‘Panathenaicum’ conscripsit utrosque refutaturum se esse sperans; neque vero post pugnam Chaeronensem haec defensio oratorem popularium clade excitatorum furore et ultione prohibuisset, nisi morbus, quo iam diu laboravit, sollicitudinibus concitationibusque animi praesentia dolentis futura metuentis ingravescens temperi vitae finem imposuisset<sup>1)</sup>). Mortuus est Isocrates antequam ipse intellegere posset, quanto rectius quam Demosthenes de rebus Graecis publicis iudicasset. Hic enim urbes civitatesque inter se dissidentes et tanquam enervatas Macedonum legionibus obsistere posse ratus tanto peior Isocrate rerum arbiter habendus est, quanto oratorem patriae amore, quem ille in ore semper, dudum non iam in pectore habuit, superavit non veritus, si id fieri potuisset, vita Athenarum libertatem redimere; labefactatus est autem Isocratis amor patriae cum sese non Athenarum sed totius Graeciae incolam et civem arbitraretur, cuius sententiae prima vestigia iam in Panegyrico deprehendimus (§ 50). Laudi vero isti, qua et Isocratem et ex Macedonicarum partium quicunque non illiberali fuit animo imperati mus necesse est, Demosthenis patriae amor ut admiratione omnium vere dignus ita intempestivus atque importunus obfuit. Celebranto Demosthenis virtutem: carente ne res gestas eventu, virtutem moribus metiendas esse obliviscantur. Hac ex ratione Demosthenes longe melior civis nobis videtur esse, rectius Isocratem iudicamus per pacem condicionesque receptam liberarum civitatum congregationem cum nova dominationis forma in dies convalescente, singulare dico imperium, consociare studuisse. Sed Isocrates, cum quae facienda essent optime perspexisset, id ipse suae laudi detrectavit, quod quomodo ea essent perficienda propter miram quandam ignorantiam

[ad cap. I. sunt, prior fide etiam magis indignus evadit, cum eodem ab auctore profectus esse habendus sit, qui alterius incredibiles ineptias excogitavit; namque risi nescio quantum ubi ista legeram: Di magni Isocrates facit Solones. — At fac verba illa Dionysium in fonte suo repperisse reperta non recepisse: quamvis breve in spatium Halicarnassensem exemplum suum redegisse statuas, hoc concedere debes eum rem tanti momenti, quanti est institutio ludi Chiaci, silentio praeterire non potuisse nisi gravissimis causis ementitam hanc ducere historiolam esset coactus. Si igitur Dionysius tradita illa verba sprevit, tacito suffragio quid de fabella sit iudicandum nos docuit: sin vero non accepit ea, quid auctoritatis fabulae isti tribuenda est, quae ex puro fonte hausta non sit?

Attamen omnia quae attulimus pro nihilo putaremus, si quibus argumentis aliunde petitis Plutarchi memoriam confirmare licet: sed qui potest hoc sperari de verbis, quibus iam unus ex tribus illis auctoribus, ad quos referre ista licet, adeo diffidebat, ut ea nisi addita tanquam virgula interrogativa (*ὅς τινές φασιν*) recipere nollet? Immo adversatur ludo Chiaci, quod ex ceteris testibus nullus eum agnoscit, quod Isocrates ipse nusquam eius mentionem facit,<sup>1)</sup> quod novem primi discipuli, quorum numerus mirum in modum cum novem illis Plutarchi consentiens haud dubiam affert lucem totius fabulae origini, cuncti sunt Athenienses (Blass Att. Bereds. II 16 sq.), quod tempus gravissimis sine difficultatibus definiri nequit, quo Chii orator versatus esse putandus est.<sup>2)</sup> Quid igitur nos iudicamus? Non negamus tradi Isocratem Chii ludum condidisse: aliqua testimonium hoc esse dignum fide prorsus planeque negamus. Fabulae autem rerum scriptori sunt neglegendae.

### b) Ad orationem 'de bigis'.

Clamat Demochares (ap. Athen. V 215<sup>e</sup>) in oratione ἵπτερο Σοφοκλέους πρὸς Φίλων, qua decretum illud contra philosophos a Sophocle a. 307 perlatum defendit, Platonem

<sup>1)</sup> Gravissimum esse testimonium iudicare, si non in epistula, quam sputriam ducere coactus sum (6,2), sed in oratione genuina verba legerentur: πάντες οἱ πυθόμενοι τὴν ἀποδημίαν δικαιῶς ἀν μον καταφονήσειν, εἰ προηρημένος τὸν ἄλλον χρόνον ἤσυχας ἀγειρ ἐπὶ γῆρας ἀποδημεῖν ἐπιχειρούρ, ὅτι εἶνας ἦν εἰ καὶ πρότερον ἀλλοθί πον δέτεροι, νῦν οὐκαδὲ σπεύδειν, οὕτως ἴπογνίοις ποτε τὴν τελευτῆς οὐσίας; oppositum enim ἀποδημεῖν significationem notionis ἤσυχας commentatur. Sed hoc affirmari posse confidimus, auctorem epistulae aut accepisse aut sua ipsius rerum temporumque computatione invenisse oratorem inde ex eo tempore ex quo docuit, per longius tempus ex urbe non afuisse; adulescentem igitur in Thessalia Gorgiam audientem (Cic. Or. 52,176) contra afferre non licet.

<sup>2)</sup> Cf. Susemihl de . . . vitis Tisiae Lysiae Isocratis . . . quæstiones epicriticæ p. XVI (ind. schol. Gryph. 1884).

[ad cap. I. qui Socratem ad Potidaeum Amphipolim Delium contra hostes pugnasse tradiderit, mendacia proferre<sup>1)</sup>: neque enim in enarranda expeditione contra Amphipolim suscepta Thucydidem Socratis mentionem incere; tum de pugna Potidaeensi haec leguntur: πότε δὲ καὶ εἰς Ποτιδαιαν ἐσρατεύσατο, ὡς ἐν τῷ Χαροπίδῃ (p. 153 cf. apol. 28<sup>e</sup>; symp. 221<sup>a</sup>) εἰρηκεν ὁ Πλάτων, φάσκων αὐτὸν καὶ τῶν ἀριστείων τότε Ἀλιβιάδην παραχωρῆσαι; τοῦτο οὖτε Θοτκυδίδον ἀλλ' οὐδέ (Dind. cll. p. 220<sup>f</sup> VI 233<sup>a</sup> VIII 354<sup>a</sup>: οὗτος libri) Ἰσοκράτους εἰρηκότος ἐν τῷ περὶ τοῦ ζεύγους. Haec omnino nostra in oratione non leguntur frustraque quaerimus quanam illius in parte mentio Socratis Alcibiadiisque una pugnantium interlapsa esse possit. Nimirum talia nisi in refutandis calumniis, quas adversarii ex vita Alcibiadi patris in Alcibiadem filium conflaverant, dici vix potuerunt; itaque non est cur miremur, illa in orationis partem nobis servatam inseri nequire, quippe quantum ea contineantur quae ad vitam publicam Alcibiadi maioris in luce Graeciae versantis pertinent. Quid vero verisimilius quam adversarios filio non solum quae pater in rebus gestis deliquisse videri potuit, sed etiam quae idem adolescentis in vita privata commisit obiecisse? Et Lysiae oratione quarta decima, quanquam in ea illa tantum respiciuntur quae ad vitam publicam Alcibiadi Cliniae filii spectant, tamen quae-dam sunt servata, ex quibus cognoscere liceat, qualia fere quae adversarii proferre solebant fuerint (§ 41. 42). Itaque Isocratem ut altera orationis parte adversus crimina illa publica pugnavit, sic contra privata haec priore ita verba fecisse conicio, ut pulcherrimi adolescentuli vix puberis fortitudinem bello ac periculis spectatam, ut lautissime viventis civis patientiam admirabilem vigoremque nullis unquam corporis laboribus aut animi contentionibus defessum, ut facetissimi ac prudentissimi iuvenis ingenium capiens viros atque devinciens extolleret caneretque, quibus nec sapientiores neque unquam clariores tulit Graecia. Hac novissima in parte Demochares Socratis mentionem faciendam fuisse facile potuit credere, cum orator Socrate Alcibiadem a morte vindicante haud sciam an splendidius amicitiae afferre non potuerit exemplum. Quod quia ille eximia in laudatione Alcibiadi praeter opinionem non legit, ἀλλ' οὐδέ Ἰσοκράτους neque simpliciter οὗτε Θοτκυδίδον οὗτος Ἰσοκράτους dixit. At orator orationis Isocrateae tempora non respergit, sive quia ipse rem parum perspexit, sive quia fallaci argumentandi ratione auditores in errorem inducere voluit; valde enim dubito num, si

<sup>1)</sup> Hoc fragmentum cum verbis ap. Athen. XI. 508<sup>f</sup> sqq. probabiliter coniunxit Blass (Att. Bereds. III, 2,307); de oratione cf. etiam v. Wilamowitz-Möllendorff, Phil. Unt. IV p. 196 sq.

es de arta quae inter Alcibiadem ac Socratem interit amicitia<sup>1)</sup> verba fecisset, apud iudices, qui modo phum capit is damnaverant, reo Alcibiadis illius filio irus fuerit: hac ergo de causa nihil de amicitia ista socratem legebatur. Atque quia hac oratione amicitiam silentio praeterierat, idem orator paucis annis postea, constaret, scribere coactus est (XI 5) contra Polyclitos: Σωκράτους δὲ κατηγορεῖν ἐπιχειρήσας, ὥσπερ ἔγκω-  
βουλόμενος Ἀλκιβιάδην ἔδωκας αὐτῷ μαθητήν, διὸ οὐκέτι  
μὲν οὐδεὶς ἦσθε τοι παιδευόμενον, διὸ δὲ πολὺ διῆ-  
ῶν ἀλλων, ἀπαντες ἀν δομολογήσειν. Quam caute autem  
ctum est! ἦσθε τοι παιδευόμενον i. e. nemo vitae illius  
es praeceptores 'sensit'; οὐδεν ille non scripsit. Statuo  
contra Blassium (Att. Bereds II p. 207), non pauca sed  
priorem orationis partem, qua Alcibiadis patris vita  
defendebatur, intercidisse. —

Contra posteriorem orationis partem Lysiam pugnasse  
tione quarta notissimum est, neque vero scio  
Isocrates omnia quae profert argumenta ipse excogita-  
n sint quae ab aliis auctoribus mutuatus sit. Dubi-  
Wilamowitzius (Herm. XII 328 ann. 3) rogavit Isocratem  
et Thucydidem possit observari necessitas necne; cui  
gationi Fuhrius (Rh. M. XXXIII 592sq.) ita respondit,  
sii sibi laudem pararet (Att. Bereds. III 2,346); negavit  
vir ille doctus esse necessitatem. Attamen mecum velim  
tres hoc locos:

VI 92,4.	Isocr. XVI 13 sq.	Lys. XIV 32 sq.
φιλόπο- τος δο- ντοῦ ἀν- τού ἀπολέ- τος εἰ- νει τὸ ν μεῖν να λα-	ἐπὶ τίνα δ' ἡ πόλιν ἢ φίλον ἢ σένον οὐκ ἡλθετε (sc. ὡς ἀνδρες Ἀθηναῖοι) δεησόμενοι συγκαταγαγεῖν ὑμᾶς; τίνος δ' ἀπέχεσθε πειρώμενοι κατελ- θεῖν; οἱ καταλαβόν- τες τὸν Πειραιᾶ... τε- λεντῶντες τοῖς τείχεσι προσεβάλετε; ... ὡστ' οἱ καὶ οἱ ἐπιτιμᾶν τοῖς τῶν αὐτῶν ὑ- μῖν ἐπιθυμοῦσιν οὐδὲ κακοὺς ἀν- δρας νομίζειν, δοσοι φεύγοντες κατελ- θεῖν ἐξήγησαν ἀλλὰ πολὺ μαλλον οὐτέ.	τολμᾶ γὰρ λέγειν ὡς Ἀλκιβιάδης οὐδὲν δει- νὼν εἴργονται ἐπὶ τὴν πατρίδα στρατεύσας · καὶ γὰρ ὑμᾶς φεύγον- τας Φυλὴν καταλαβεῖν ... καὶ ταῦτα ποιήσαν- τας οὐκ ὄνειδος τοῖς παισὶ καταλαβεῖν ἀλλὰ ... ὡς τῶν αὐτῶν ὄν- τας ἀξίους, δοσοι φυ- γόντες μετὰ τῶν πολεμιῶν ἐπὶ τὴν χώραν ἐστράτευσαν καὶ δοσοι κατήγεσαν Λακεδαιμονιῶν ἐ- χόντων τὴν πόλιν.

em etiam Zeller, Phil. d. Gr. II<sup>3</sup> 1,451 sq. ann. 3.

[ad cap. I.] Libenter comparatis hisce inter se concluderem Isocratem e Thucydide pendere, ni cautione opus esse videretur; etenim cum nihil impediat, quominus Thucydides verba ista eodem tempore scripserit quo Isocrates orationem,<sup>1)</sup> factum esse potest, ut et orator et rerum scriptor hoc de Alcibiade patriam recuperante argumentum ipsorum in usum ex vulgatissimis illis verterent, quae sine dubio sophistae suo ex more causam celeberrimam orationibus ficticiis<sup>2)</sup> tractantes eo tempore decantabant; Thucydidem autem cum oratoribus quasi certasse haud veri dissimile est, quippe qui etiam epitaphium ea aetate, qua peroratus non est (Herm. XII p. 365 ann. 51; A. Kirchhoff, Enstehung des Herodot. Geschichtsw.<sup>2</sup> p. 19 ann. 1), habitum, ut videtur, ideo faceret, ut orationi funebri adversaretur Gorgianae, quam illis temporibus omnium in manibus fuisse consentaneum est.<sup>3)</sup> Quid igitur statuamus? utrum Thucydidem verba illa post a. 399 eo consilio scripsisse, ut

<sup>1)</sup> Habita enim est oratio haud ita multo postquam Alcibiades filius sui iuris est factus, h. e. c. a 399, cum natus sit c. ol. 91,1 (Hertzberg, Alkibiades p. 140 ann. 61).

<sup>2)</sup> Hoc ex orationibus de causa Socratea et de pignore illo αὐαρτύρῳ scimus; nostram causam apud sophistas celeberrimam fuisse pateret, etiamsi deessent testes, qui sunt praeter Lysiam et Isocratem Diodorus (XIII 74) Plutarchus (Alc. 12) Andocides personatus (IV 26) inter se dissidentes. Hi enim propterea diversas rei narrationes exhibent, quia ipsi vel ipsorum auctores ex orationibus de causa ista conscriptis hauserunt diversis.

<sup>3)</sup> Hanc ad sententiam necessario devenimus, si causam requirimus, cur Thucydides temporum rationes neglexerit. Nec scio an de Periclis orationibus apud populum habitis (Thuc. I 140 sqq. II 60 sqq.) et de Gorgiae Ολυμπικῷ idem affirmare liceat. Sed miram quam necesse est intercessisse inter illas orationes similitudinem, persequi huius loci non esse ratus id insuper monitum volo temporum rationes simultati, quam inter scriptores istos statuimus fuisse, obverti nequire. Epitaphium Gorgianum Susemihl (J. J. 1877, p. 79) inter annos 426 et 420 a. Chr. n. ortum esse cum conieisset, nunc potius ipsi anno 420 vindicat (cf. libelli p. 94 ann. 2. adsciti p. XX); Olympicum Blassius ad annum 392 rettulit (Att. Bereds. II 232 ann. 6.) arguento usus quod mea sententia non stat. Onckenio enim (Isokr. u. Athen p. 42) orationem ad belli Peloponnesiaci tempora referenti obicit: 'aber damals war für solche Ermahnungen kein Raum'; si ergo post id bellum compositum esset, ante a. 392 dicit editum esse non posse, cum a. 396 discordiae inter Graecos nondum ortae essent. Miratus sum virum doctissimum dicere potuisse nullum orationis, qualis erat Olympicus, locum fuisse eo tempore, quo civitates Graecae bellis intestinis dilacerabantur; nihil impedit quominus Onckenium sequamur. Quid vero verisimilius quam adversatum acriter ita esse Thucydidem, regia ex stirpe ortum civem Atticum, Gorgiae, subobscurae originis ἔρω, ut ostenderet patriam dicendi artem nova mediocriter temperatam adulcentulis, qui adventicia declamandi artifia temere capessiverunt? Conseruisse tunc lites viros literatos, quis negaverit?

[ad cap. I. sophistis adversatus esse videretur, an Isocratem illius copias compilasse? Ecce novum argumentum: illa de qua agimus sententia ut Alcibiadi apud Lacedaemonios dicens aptissima, ita omnium minime idonea est reo apud Athenienses sese defendanti, cuius in ore verba illa potius irrigio facinoris Thrasybulei, quo nihil gloriiosius maiusve aut ab ipsis aut a patribus perpetratum esse tum Athenienses credebant, quam ipsius Alcibiadis defensio videri debuerunt. Concedendum igitur Thucydidem sententiae esse auctorem quae apud Isocratem recurrit: utrum orator ex ipso Thucydidis opere eam repetiverit an ex aliorum auctorum copiis, qui pro sua parte e Thucydide pependerunt. dijudicari nequit. — Liceat mihi statim locum adiungere, quo iterum Thucydides et Isocrates cum Lysia — si minus genuino at personato — comparari potest:

[Lys.] II 2

οὐτε γὰρ γῆς ἄπει-  
ροι οὐτε θαλάττης  
οὐδεμιᾶς, παντα-  
χῇ δὲ καὶ παρὰ πᾶσιν  
ανθρώποις οἱ τὰ αὐ-  
τῶν πενθοῦντες κα-  
τὰ τὰς τούτων ἀρε-  
τὰς οὐ μυραῖν.

Thuc. II 41,4

πᾶσαν μὲν θάλασ-  
σαν καὶ γῆν ἐσβα-  
τὸν τῇ ὑμετέρᾳ τόλμῃ  
καταναγκάσαντες γενε-  
σθαι πανταχοῦ δὲ  
μημεῖα κακῶν τε κα-  
γαθῶν αἰδία ἔνγκατοι-  
κίσαντες.

Isocr. IX 62

ώστε πολλοὺς  
Περσῶν πεν-  
θοῦντας τὰς  
αντῶν συμ-  
φορὰς με-  
μηνσθαι τῆς  
ἀρετῆς τῆς  
ξειρού.

Notatu dignissimum est falsarium uno eodemque loco et Thucydidem et Isocratem compilasse, quod idem alias demonstrari potest. At cavendum ne, cum Isocratem apud [Lysiam] deprehendisse nobis videamus Gorgiaṁ, cuius ad epitaphium oratorem Erchiensem in oratione, quae et ipsa potest appellari funebris (cf. arg. Isocr. IX), facile se applicaverit; omnino autem loci gemelli qui apud Isocratem Lycurgum [Lysiam] aliosque id genus declamatores inveniuntur cuncti fortasse ad Gorgiae epitaphium referendi sunt. Quod si recte disputavi, colligendum est parum Reussii observatione p. 46 ann. 1 significata de epitaphio Lysiaci temporibus probari<sup>1)</sup>; attamen hoc dicendum Lysias orationes ex epitaphiis Thucydideo et Gorgiano miselle compilantes Lysias non esse. Spero autem fore ut Blassium mutatae sententiae paeniteat (cf. Att. Bereds. I 439 et III 2, 339 sq.).

<sup>1)</sup> Dum haec imprimuntur, sententiam mutavi sique nunc rem retracto; etiam de comparatione locorum Isocr. VII 80 et Lyc. in Leocr. 73 cautius nunc egerim, quamquam Isocratem esse pacis illius patrem (Rehdantz ad Lyc. p. 176) prorsus mihi videtur negandum esse.

[ad cap. I.

## c) Ad epistulam Demoniceam.

Theodori<sup>1)</sup> poetae dictum apud Athen. III 122<sup>b</sup> τὸ κελεύειν μὲν πλέον ἔχειν ἐπαινεῖν δὲ τὸ ἵσον adeo cum verbis [Isocr.] I 38 παρασκεύαζε σεαυτὸν πλεονεκτεῖν μὲν δύνασθαι, ἀνέχον δὲ τὸ ἵσον ἔχων consentit, ut illud horum fuisse exemplum negari vix possit; Theodorus enim ille antiquus fuit poeta, quippe cui a Cephisodoro, quem Athenaeus exscribit, Archilochus Sophocles Euripides adiungantur. Quo concessso statim intellegitur male eos fecisse qui τὸ ante ἵσον delere voluerint: nempe qui Demoniceam compositu, sententiam ex Theodori libro nescio quo in suum deduxit.<sup>2)</sup> Quod autem uno loco factum esse videmus, idem nonne de aliis etiam concire licet? Circumspiciendum igitur fuit num ex iis, quae ex scriptoribus Isoeratis aetate antiquioribus tradita sunt, haec illa aut simpliciter recepta aut leniter mutata in Demonicea reperiarentur: nunc vero quaestione hac in posterius tempus reiecta id unum specto, num iure Bergkius (PLG. II<sup>4</sup> 376) conquestus sit, temere et veteres et nostros criticos Isocrati abiudicasse praecepta 'ad Demonicum', quae Isocratis discipulus et Aristoteles agnossent. 'Aristoteles' inquit 'videtur ut alia, ita etiam istud Isocrateum praeceptum tanquam dishonestum (...) castigavisse'. Contra haec nihil habeo quam ipsa Athenaei verba: Κηρισόδωρος γοῦν δὲ Ἰσοκράτους τοῦ δίγορος μαθητῆς ἐν τῷ τρίτῳ τῶν πρὸς Αἰοιστοτέλην λέγει, ὅτι εὑροι τις ἀντὶ τῶν ἄλλων ποιητῶν ή καὶ σοριστῶν ἐν η̄ δύο γοῦν τομρῶς εἰσημένα, οἷα παρὰ μὲν Λεχιλόχῳ τὸ πάντ' ἄνδρα ἀποσκολύπτειν, Θεοδώρῳ δὲ τὸ κελεύειν μὲν πλέον ἔχειν ἐπαινεῖν δὲ τὸ ἵσον, Εὐφρίδῃ τε τὸ τὴν γλωτταν δύμωκένα φάναι, καὶ Σοφοκλεῖ τὸ ἐν Αἴθιοψιν εἰσημένον..., Οὐηρῷ δὲ τὸ τὴν Ἡραν ἐπιβολεῖσαι τῷ Λί καὶ τὸν Αἴρην μοιχεύειν. εἴ τοι δέ τοι τάντας κατηγοροῦσιν αὐτῶν'. Qui Theodori dictum ab Isocrate receptum esse demonstrare voluit atque inde oratorem defendere, is non ita ut Cephisodorus poetae sententiam proferre potuit; tantum enim abest, ut Cephisodorus Theodorum Isocratis exemplum fuisse dicat, ut eum inter alios scriptores enumeret, qui non laudanda cuncti protulerant. Est igitur dictum Theodori ut cetera exempla allata a Cephisodoro prolatum ad de-

<sup>1)</sup> Quae dum scribo, quartae lyricorum Bergkii editionis copia mihi fit, qua video virum, quem luce non iam frui nemo est quin doleat, quae prolatus sum leviter iam tractasse; incium illius doctrinae me haec scripsisse ipsa res docebit; priusquam enim altera pars novissimae illius editionis edita esset, prima quaestonis linea menta duxi.

<sup>2)</sup> Theodori sententiam iam Euripides novit, cf. Phoen. 535 sqq.: οὐένο καλλιον, τέκνην, ἵστηται τιμᾶν . . . τὸ γὰρ ἵσον νόμιμον ἀνθρώποις ἔφν . . . σὺ δὲ οὐδὲ ἀντέξει δινάτων ἔχων ἵσον καὶ τῷδ' ἀπονέειν;

1) *I*llegitimum locum defendam Isocratem: qui locis certe non  
*I*llegit, I. si est neque enim homo sana mente dictum  
 quod et ad verba et ad sententiam eius, de quo agitur, arti-  
 cula se apparet eadem ratione memorat, qua cetera quae  
 et forma et mente ab isto recedant. At si Cephisodorus ad  
*I*socr. I. 36 respixisse negandus est<sup>1)</sup>, ratione progredientes  
 concidere coguntur. Cephisodorum orationem nostram Isocratis  
 esse nos novisse; etenim si ad excusandum dictum quoddam  
 praecipuis in honestum Theodori locum adscivisset, quem  
 non inclusus vituperandum orator suum in usum converterat,  
 nonne ipse adversariis arma contra se paravisset? Itaque si  
 omnino Cephisodorus Isocratis causam dicens poetae verbis  
 usus est. Demoniceam esse Isocratis neque ipse neque Aristoteles  
 noverunt. — Sed idem Cephisodorus Aristotelem irrisit  
 adagia congerentem (Athen. II 69<sup>c</sup>): *Κηφισόδωρος ὁ Ισοκράτος  
 μαθήτης ἐν τοῖς πατέρων Αριστοτελέων τέσσαρα δὲ ἔστι ταῦτα  
 βίβλαι· ἐπιτιμᾶ τῷ φιλοσόφῳ ως ὡς ποιησάντι λόγοιν ἀξιο-  
 τό παρομίας ἀθροίσαι;*; quae nunc: nonne multa ex iis,  
 quae Isocrates personatus in Demoniceam recepit, proverbia  
 ex Graecorum more dicenda sunt? An in universum quae  
 Aristoteles congregabat alius naturae fuisse censes? Itaque si  
 opusculum oratoris, quod ad rem tractatam facit, collectio-  
 nibus philosophi necessario haud dissimile fuisse. num Cephi-  
 sodorus Aristotelem omnino tam petulanter vituperare potuit? Ergo post horum virorum aetatem epistula 'ad Demo-  
 nicum' composita est.<sup>2)</sup> — Quis vero eius auctor fuerit

<sup>1)</sup> Quem locum Aristoteles castigaverit Cephisodorusque defendere studu-  
 erit nec scitur nec expedit quererere, cum permulti eiusmodi apud oratorem in-  
 veniantur.

<sup>2)</sup> Jahrius nunc (Quaest. Isochr. diss. Hal. 1881 — Lehmani de Lehnfeld, De  
 orat. ad Demonicum Lugd. Bat. 1879 copia mihi non fuit —.) argumenta ex sermone  
 deducenda composuit, ex quibus praestantissimum est, quod de *χαλογαθίᾳ*; voce  
 eruit. Addo cum scriptorum usu inscriptiones consentire; pro decretorum formula  
 solemni *ἄρδηγαθλας ἵεναι* quater tantum legi *χαλογαθίας ἵενεν*: CIA. II 1,  
 895,4 (?); 471,88; 592, 16 (c. a. 220 a Chr. n.?); 595,9. — *φιλαγαθίας* in illa formula  
 deprehenditur II 1,470, 72.81; 482, 67.74, quod propterea notandum, quia lexica  
 vocem tempore Christiano vindicant; *φιλαγάθως* legitur CIA. II 1,471,33, cuius  
 unum exemplum (ex Clem. Alex. strom. IV p. 631) afferunt; *φιλαγαθεῖν* (CIA. II 1,  
 471, 89) frustra in lexicis quaesiveris. — Ex iis, quae viri docti dispersa atque  
*ἐν παντεργῷ* hic illic monuerant, pauca Jahrius omisit, quae hic afferre non opus  
 est; satis superque Jahriana sunt idonea ad eripiendam Isocrati orationem. Iocandi  
 gratia adicio viros doctos contendere in Demonicea 109 vocabula inveniri in  
 ceteris oratoris scriptis non obvia; ego nescius Benseleri commentationis (J. J. 1860  
 II p. 122 sqq.) ad Mitchellii indicem in verborum usum Isocrateum inquirens  
 plus quam 108 non expiscatus dinumeravi Benseleri verba: vidi me rectius Ben-  
 seleri dinumerasse; is enim non plus quam 108 protulit. Addo denique Schmid-

[ad cap. I.] nescitur; recte enim Blassius (Att. Bereds. II 246) statuit aut Harpocrationem ipsum aut eum, ex quo pendet, conjectura usum esse, cum epistulam Isocrati Apolloniatae adscriberet; ipse insuper titulus, quem apud Harp. s. v. ἐπαντός ὄφρος deprehendimus, *'Ισοκράτης Ἀπολλωνιάτης ἐν ταῖς πρὸς Αἰγαίον παραινέσεσιν'* (== § 23) indicio est, loci excerptorem, quisquis fuit, Demoniceam inter Isocratis Erchiensis orationes legisse, cum idem Harpocratio s. v. παρακλητις praebeat *'Ισοκράτης παραινέσεσιν'* (== § 5), quod non nescio Blassium ad prioris locum indicem supplendum esse iudicare (Att. Bereds. II 254 ann. 8.); at erravit vir doctissimus, quia uterque titulus ex inscriptione suasoriarum Isocratearum cum indice primae orationis coniuncta facile explicatur, id quod p. 74 sq. comprobavimus. Ne vero altero in capite hoc testimonio me uti iam debuisse credas, monendum est etiam post Boyseni curas neque de vita neque de fontibus Harpocrationis quicquam constare. Quis enim dubitaverit, quin si Harpocrationem veteriorum grammaticorum copias compilasse compertum haberemus, libentissime rem allaturus fuerim, ex qua etiam Hermogenis aetate antiquius esse corpus Urbinatis sine dubio concludendum esset; nunc autem iudicium malui cohibere.

Et quoniam quid de Demonicea iudicemus exposuimus, pauca de 'artibus' quas Isocrates scripsisse fertur addam quasque Blassius (Att. Bereds. II 98. III 2,344) ipsum oratorem nunquam edidisse recte contendit. Quid si illas divendandas curasset, potuistne omnino dicere in Panathenaico (16): ὥν τίνας ἄν τις εὑροι πονηρότερους . . . οἵτινες οὐτε φρεσεῖν οὐδὲν μέρος ἔχοντες τοῖς μαθηταῖς τῶν εἰρημένων ὑπ' ἐμοῦ, τοῖς τε λόγοις παραδείγμασι χρώμενοι τοῖς ἐμοῖς καὶ ξῶτες ἐντεῦθεν τοσούτους δέοντιν κτέ.? Itaque aequales oratoris artes non habebant neque unquam Isocrates prudenti usus cautione de sua docendi ratione accuratius egit. Auctor epistulae sextae (§ 8—10) Isocratis personam ut induit, ita tuitus non est; epistula vero Speusippea (XXX) ita uti ut Blassius nunc facit (l. c. III 2, 343sqq.) in animum non iuduco.

#### d) Fragmenta de perditarum orationum Isocratearum.

Orationes, quae Isocrati falso adscribantur, multas necesse est sententias continuisse: an aliunde innumera ista dicta lemmate Isocratis significata originem trahere posse

tium (Ethik d. alt. Griechen II 473 not. 18) dicere vereri se epistulam Isocrati abiudicare, 'da sie wenigstens in ihrem Hauptbestandtheilen und vornehmlich in ihren Gedankenelementen von diesem Redner herzuröhren scheint', quod falsissimum esse occasione data demonstrabo; tetigit rem iam Sandys Introd. p XL sq

[ad cap. I. credis? Eas colligere incepturn meis viribus maius et. si recte quid sit r̄si perspicio, ad huc vix perficiendum; priusquam enim Wachsmuthius gnomologia restituerit, operam in colligendis illis perdemus. Nunc duas sententias profero, quas cur selegerim ipse videbis: Amm. Marc. XXX 8,6: *'Ignosci lebere interdum armis superato rectori quam iustum quid sit ignorantis'*; Hauptius (opp. II 505) proposuit *'quasi aut tanquam pro quaam'*, quae tamen sufficere mihi non videntur: at nihil expedio; comparavi Schol. ad Thuc V 90 δεῖ μᾶλλον τῆς γιλανθρωπίας ἡπερ τοῦ πρὸς ἀκρίβειαν δικαιον τυγχάνειν τοὺς ἥττονας. — Cram. An. Ox. IV 163, 7 sq. (exc. ex Joh. Doxop. comm. in Hermog. εἰνδ.): μὴ ἔσ (ἔσ Cramer ex libris?) τὸν τιὸν ταῖς τῶν δούλων ὅμιλοις χρῆσθαι καὶ ἀμαρτάνοντα δις τὸ αὐτὸν κόλασε. Et cum dubitare possis, utrum haec sit gnoma quae vocatur an locus ex oratione desperita, nunc venio ad ipsa fragmenta:

1. *'Ισοκράτης ἀνδρωδῶς ἐν αριθμεῖσθαι τῷ καταλόγῳ* Poll. II 20.

2. *αὐθέντης· ὁ αὐτόχειρ ἢ ὁ αὐτὸν ἀναιρῶν· διὸ παρ' Ισοκράτει αὐθέντης. Λισίας δὲ ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Ἐρατοσθένους· (ἐν τῷ) πρὸς Ισόδημον ἴδιας ἔταξεν ἐπὶ τῶν λ' οὐτέ. Suid. s. v. αὐθέντης.*

Harpocratio omittit vv. ὁ αὐτόχειρ — αὐθέντης; ergo Suidas duas glossas in unam confudit; nam *'Ισοκράτην* ex *'Ισόδημον* natum esse, quod primo quisque optutu sibi sumpscerit, eo veri dissimilius tibi videbitur, quo accuratius rem tractabis. Compono autem verba cum Eustathii loco (1350,34) ὅτι δὲ τὰ ἔντεα δοκεῖ δασύνειν τὴν ἰχονουσαν παρὰ τοῖς παλαιοῖς δηλοῖ καὶ ὁ αὐθέντης, οὐχ ὁ δεσπότης, ὡς φησιν Άιλιος Διονίσιος, ἀλλ' αὐτοέντης καὶ αὐτοχειρίς φονεὺς ὁ καὶ αὐτοφόνης; cf. Bachm. An. Gr. 168,18 αὐθέντης· οὐχ ὁ δεσπότης, ἀλλ' ὁ αὐτοχειρίς φονεύς· λέγεται δὲ ὁ αὐτὸς ἐντελέστερον καὶ αὐτοέντης. [et BA. 15,9 αὐθέντης· ὁ αὐτόχειρ (ὁ σύγκειται — ἀποκτεῖναι τινα). Σοφοκλῆς (cf. Schn. - Nck. ad El. 272) δὲ λίσας τούνομα αὐτοέντης εἶπεν. ἔστι δὲ πολιτικών τὸ αὐθέντης]. Duae primae glossae ex una ampliore fluxerunt in qua et de sententia vocis et de forma agebatur: apud Suidam sententiam illius vocis commentantur

<sup>1)</sup> Ita Meliorum verba illustrantur haec: (*νομίζομεν*) . . . τῷ αἱ̄ ἐν κινδύνῳ γιγνομένῳ εἴναι τὰ εἰκότα δίκαια καὶ το εἴκος τοῦ ἀκριβοῦ πείσαντα τινα ὠφεληθῆναι, in quibus scribendum, εἴναι εἰκότα τὰ δίκαια κτέ., quia εἰκότα non sunt 'die Verhältnisse' hoc loco, sed species πίστεως rhetoriarum; cum acerbitate quadam Melii petunt, ut ipsa τῷ δίκαιῳ, si minus ut certissimo arguento, quod debet esse, at ut probabili nisi liceat, cum Athenienses solum quid sit utile spectandum esse censuerint. — Eyssenhardtio in Ammiani loco post rectori 'videntur aliquot verba intercidisse.'

[ad cap. I. verba prima (usque ad ἀναιρῶν): nonne etiam ibi aliquid de forma? Rescribam tibi glossam: αὐθέντης· ἐ αὐθέντειο ἡ ὁ αὐτὸν ἀναιρῶν· <... Σοφοκλῆς?> δι<ἀ τοῦ> σ. παρ' Ἰσοκράτει <sup>αὐθέντης.</sup><sup>1)</sup> Hisce Suidas ea quae apud Harpocrationem inveniebat adiunxit; glossam, ut par est, Rindfleisch, de Paus. et Ael. Dion. lex. rhet. (Regim. diss. 1866) n. 88 tractat, ubi plures etiam loci adscripti sunt. Isocrati glossam demere necessarium non videtur.

3. δικογραφικῶς ὡς Ἰσοκράτης Poll. VIII 24.

4. οὐτητής· ἀρχή τις Ἀθήνησι κατὰ καιροὺς καθισταμένη, εἴ ποτε τους ἀδικοῦντας τι δημοσίᾳ δέοι ζητεῖν· Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους καὶ Ἀνδοκίδης ἐν τῷ περὶ ἐνδείξεως. οὗτος δὲ ὁ φίτωρ καὶ ζητητής ποτε ἐγένετο, ὡς φησι Λυσίας καὶ Ἰσοκράτης καὶ Πλάτων ὁ κωμικὸς Πρέσβεις. Harp. v. ζητητής.

Sauppius locum mutavit (ad Lys. frg. 282): ὡς φησι Λυσίας <τε> καὶ Ἰσοκράτους καὶ Πλ. collato Lysiae fr. 126; at ipse addit: 'quoniam veri etiam similius est, Lysiam hoc in oratione sexta commemorasse, cuius initium intercidisse constat'. Sed quid id nos cogit? Conicio Isocratem in interlapsa parte priore orationis 'de bigis' Andocidis eiusque vitae mentionem fecisse, cum Alcibiadem a crimine hermarum eversorum defendererat.

5. νύμφη· πηγή· καὶ ἡ νεόγαμος γυνή· Ἰσοκράτης Bachm. An. Gr. I 310,9; sine auctoris nomine Phot. s. v. (Suid.); cf. Hes. νυμφή· κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἐπὶ τῆς νέας σινοίκου λέγεται. Εὐρυπίδης.

6. Item eius (sc. Isocratis): *Etsi acerbum vobis quod dicendus sum videbitur, tamen aequo animo audiendum est, nam fere verum consilium, quod initio auditu grave est, in posterum cognita utilitate fit iucundum.* Rut. Lup. II 19 (ex Gorgia Atheniensi). Sauppius (O. A. II 227<sup>a</sup>) haec verba ut omnia fragmenta Isocrati eripere studens pro 'item eius' coniecit 'Demetrius'. Sed nulla est causa, cur Gorgiam plures orationes quam nos habuisse diffidamus.

7. Schol. Aristid. p. 608 D. (= 235 Fro.): *Τὴν Τροιζῆνα γῆσσον λέγει Ἰσοκράτης γείτονα μὲν τῶν Ἀθηναίων μικρὸν δὲ πόρρωθεν οὖσαν ἵνα, εἰν (cxi: εἰ codd.) καὶ συμβῇ ἀπολέσθαι τοὺς Ἑλληνας, τελειταῖον ἀπολεῖται τὰ γένη ἐκεῖ ὅπτα.* Corruptissimi scholii verba ad Salamina spectare apertum est; 'τὴν Τροιζῆνα' verbis, falso praeposito lemmate, obtrusum esse docet locus Aristidis, quem illustrat scholium (II p. 256 D.):

<sup>1)</sup> Hoc nunc praeposto; fuit cum conieci <....ἐπὶ δὲ πολεμώτερον τὸ αὐθέντης>. διὸ παρ' Ἰσ. αὐθ.; sed reieci, quia inter Phrynichi eclogas et Suidam necessitatem intercedere non animadverti

[ad I 14] παῖδας δὲ καὶ γυναικας εἰς Τροιζῆνα ὑπεκθέσθαι, τοὺς δὲ πρεσβύτας εἰς Σαλαμῖνα κτέ. Cum autem apud Isocratem, quem quidem nos habemus, nihil eiusmodi de Salamine legatur, cogimur scholiastam deperditae orationis locum spectasse concedere, ex qua Aristides hoc loco hausit, non ex Herodoto Thucydideque inter se compilatis, id quod statuit Haas in dissertatione ‘quibus fontibus Aelius Aristides in componenda declamatione, quae inscribitur πρὸς Πλάτωνα ἵπερ τῶν τεττάρων, usus sit’ (Gryph. 1884) p. 42 sq.

Traditur praeterea BA. 143,9: ἔξεστιν δοτικῆ. Ἰσοκάτης τούτοις ἔξεστι ζῆν ὡς αὐτοὶ βούλοιντο, quae inter Isocratea referre non dubitarem, nisi verba Aeschinis (I 34) ἦν ἔξη (f: πράττειν add. abmd) αὐτοῖς ζῆν καὶ λέγειν (f: λ. καὶ ζ. abmd) ὡς αὐτοὶ βούλονται illis ita essent consimilia, ut lexicographi locum ex iis nomine auctoris prave mutato deductum esse crederes. Neque vero difficultatem reticebo; cum enim lexicographus ex scriptoribus Atticis Thucydidem Platonem Demosthenem Isocratem Lysiam solos testes adhibeat, Aeschinem ei obtrudere periculosius videtur; at unicum etiam Lycurgi locum adfert (BA. 145,30 = Lyc. frg. 30 S.).

2. αὐτοῦ — ἐαυτοῦ, σαυτοῦ — σεαυτοῦ. — ν ἐφελκυστικόν.

(ad I 14, p. 15).

Duae sunt res quae disputatione egent: tertia persona primae et alterius vices gerens et formarum αὐτοῦ aut ἐαυτοῦ usus Isocrateus.

Atque in libris αὐτοῦ = ἐμαυτοῦ legitur V 129; contra XIX 23 ex Prisciano tertia persona recte pro codicūm interpolatione ἐμαυτοῦ restitutum est. — σαυτοῦ in tertiam reducitur I 21 (bis) II 14. 24. 38 V 149 XI 47 [ep. 2,3]; et quia non tam facile I 14 σεαυτοῦ in ἐαυτοῦ quam ἐαυτοῦ in σεαυτοῦ transire solet, Stobaei lectionem (ἐαυτοῦ) praeferrem, ni hoc ipsum Isocratis usui parum responderet, cui spreta alterius personae forma concedendum αὐτοῦ (cf. p. 112 ann. 3); idque oratori restituerim, praesertim cum primae et alterius personae pronomen reflexivum attributi locum tenens libenter in tertiam mutaretur. — Praeivit autem hac in re Schneiderus (ad I 14), qui virorum doctorum studia huc pertinentia concessit et indicavit, ex quibus perspicitur morem hunc dicendi usque ad quintum post Chr. n. saeculum a viris literatis observatum esse; addo autem priorum copiis Choric. p. 141. 143 Boiss.; Theophilo (c. Autol. I 8) recte Otto ex Veneto

ad I 14 ἔαντὸν (pro σαντὸν vulgatae) reddidit.<sup>1)</sup> — E tragicis Aeschylus ἔμαντον nisi in Prometheus (-τὸν 440 -τὴν 746) non habet; contra αἰτὸν Choe. 213 et αἰτᾶς Suppl. 770 primae personae locum tenent; apud Sophoclem tertia = prima: Ai. 1132. OR. 138. OC. 966. El. 285; ex Euripide nullum habeo exemplum. Alteri tertia substituitur: Aesch. Ag. 1095. 1251. Choe. 104. Soph. OC. 853. 930. Trach. 451. Euripides αἰτῆς = σαντῆς in cantico Alcestidis 461 ex Erfurdtii metro probata conjectura nunc habet, ubi ἔαντῆς solus *Palatinus B*, σαντῆς (-ᾶς) ceteri praebent.

In plurali numero αἰτῶν = ἡμῶν αἰτῶν Isocrates habet XI 20 XIV 48 (ex Corais recta conjectura); item Aesch. Sept. 177. frg. 135,4, Sophocles nusquam, Euripides Bacch. 723. Heracl. 143. Contra αἰτῶν pro altera persona nusquam legi; unicus qui mihi innotuit locus Isocr. III 56 ex Γ in νῦν αἰτοῖς rescriptus est, cum antea ἔαντοῖς ex Σ ederetur.

— De comicis Aristophanes veterisque quae vocatur comœdiae auctores omnes hoc usu abstinuisse videntur; unus autem ille locus Aristophaneus, quem regulam infirmare crederes, eam confirmat; etenim in ‘avibus’ fabula (808) αἰτῶν pro ἡμῶν αἰτῶν legitur; at haec verba ex Aeschyli Myrmidonibus (frg. 135,4) deprompta sunt; contra mediae et recentis comœdiae exempla quamvis rara extant, quae Jacob (ind. dict. comicæ I p. 229 et 329) collegit. αἰτῶν pro ἀλλήλων usurpatam notum est, ut exempla afferre supersedeam. Tamen unum moneo, quia est ex et titulo CIA. II 1, 332, 10 (ἔαντον = ἀλλήλους) et propterea commemoratione dignum, quod alterum in inscriptionibus tertiae personae pronominis ceterarum vicibus fungentis non inveni.<sup>2)</sup> Cuius loci in proximis verbis cum ἀλλήλων legatur, moneor ut Isocratem eadem ratione sermonem variasse adnotem IX 57: πλησίον ἔχεινον τε καὶ σφῶν αἰτῶν — ὑπόμνημα — τῆς φιλίας τῆς πρὸς ἀλλήλους, ubi σφῶν αἰτῶν pro αἰτῶν posuit, quia καὶ antecedit; quae etiam causa erat cur ἀλλήλων respueret; item X 53 πρὸς μὲν γὰρ ἔκει-

<sup>1)</sup> Neque vero scio an idem Tatiano Assyrio (or. ad Graec. p. 82 Otto) verum non restituerit, cum τίρος δὲ χάριν οὐ τῷ θυντατωτέῳ προσέρχῃ, θεραπεύεις δὲ μᾶλλον αἰτόν...; ederet, αἰτὸν pro σὲ dici posse ratus collatis Homeri locis ξ 27 & 389, quos vere quadrare omnino nego; at Homericā dictio nihil in horum scriptorum libris probat; itaque, cum αἰτὸν pro ἔαντὸν nusquam in Tatiani libris deprehendatur, aut σαντὸν ex Frisili codice fortasse cōnectura emendato recipiendum, aut, ut et peculiaris Graecus mos et ansa corruptelae in lectionem inferratur, scribendum: θεραπεύεις δὲ μᾶλλον αἰτός σαντόρ.

<sup>2)</sup> Hic ex paucissimis locis est, quos ego et ipse pronomina e titulis congerens desideravi in Schmollingii commentatione ‘über den Gebrauch einiger Pronomina auf attischen Inschriften (Stettin 1882 Prg. d. Marienstifts-Gymn.)’, quae laude quam G. Meyer ei impertiit prorsus digna est.

*μετ' ἀλλήλων ἐμαχέσαντο, περὶ δὲ ταύτης πρὸς σφᾶς  
ις ἐπολέμησαν; at imitator habet [Luc.] Char. 18: ἐν ἐκείνῳ  
πολέμῳ μὲν γὰρ μετ' ἀλλήλων, ἐνταῦθα δὲ ἐμάχοντο πρὸς  
λοντας; cf. VI 67.*

Iam transeamus ad diversitates formarum *αἵτοῦ* et *οὗ*. Isocratem, nisi tertia persona pro altera usus sit, i.e. ‘*αἵτοῦ* etc.’ dicere dudum Dindorfius (ed. Paneg. p. 1 . 4) et Benselerus (ad Areop. p. 249) demonstraverunt; i.e. XVII 17, ubi etiam nunc ἄλλος ἔαντῷ legitur, *αἵτῷ* serim; neque enim apud nostrum elisione adhibita formis llabis largius locus conceditur, id quod apud tragicos im esse tabulis quas propositurus sum apparat.<sup>1)</sup> Quan-  
nū autem novissime Martinus (le manuscrit etc. p. 25 sq.)  
τὰς ἔαντῶν ψυχὰς IV 1 τοῖς ἔαντῶν ἀχρηστῶς IV 41  
ἔαντῶν συμφοραῖς IV 56 τὰς ἔαντῶν πόλεις IV 133 pro-  
neque ipse dubito, quin etiam ex ceteris orationibus  
ae trisyllabae possint accedere, tamen illam regulam de  
formae *αἵτοῦ* infirmari iis non credo<sup>2)</sup>; quid enim pauculi  
loci contra quadrungenta sexaginta novem exempla, quae  
adnotavi? Urgeo autem propterea hanc numerorum ra-  
mum, ne quis *I* plerumque ex grammatici cuiusdam doctrina  
labum exhibere pronomen dicat, et ut hunc usum ad  
m Isocratem redire demonstrem copiis tragicorum usus.  
corum enim poetarum versus inscriptionumque auctoritas  
nobis certi aliquid praebere possunt in re scribarum  
ini ut alia nulla obnoxia et ne papyris Hyperideis quidem  
idetur fideliter tradita. Ex tragicis igitur exempla haec  
gi et disposui adiunxique illis formarum *σαντοῦ* et *σε-  
οῦ* indices, quia quaestio de tertiae personae forma ab  
quae est de alterius, avelli nequit.

tulum quem attuli p. 112.

magis me movet quod papyrus Massil. formas *ἰαντῶν* praebet col-  
cum ceteroquin *αἵτοῦ* κτέ. adhibeat; οεαντοῦ exhibit παρασκευαῖς  
(§ 13), αρχε οεαντον εἴ 17 (§ 29) εθιε οεαντον εἰς 8 (§ 29) et  
υτον παρακληθεις ζ 28 (§ 14) τιν οεαντον φρονγαιν ιά 4 (§ 21)

[ad II 14]

**Aeschylus.**<sup>1)</sup>

	έαντοῦ	αντοῦ	σεαντοῦ	σαντοῦ
Persae		413		
Septem		49. 177. 389. 526. *734. *906 (bis).		
Agamem- no		800. 1036. *1095. 1251. 1339. 1342. *1371. 1504. (*1531.) 1556		
Choepho- rae		104. 213	916	221
Eumeni- des				
Supplices		*770		
Prome- theus	παρ' ἔαντῷ 189 ἀνθ' ἔαντῆς 700 καθ' ἔαντοῦ 888	760. 920. 1012	378. 476	68. 313. 340. 348. 510. 706. 774. 964
Fragmen- ta		135,4. 297,1. 6 <sup>2)</sup> )		

**Sophocles.**

	έαντοῦ	αντοῦ	σεαντοῦ	σαντοῦ
Ajax		906. [967. 968.] 1099. 1132. 1366		482. 1174
Oedipus rex	εἰς ἔαντοῦ 706 φίψῳ ἔαντοῦ 1290	63. 138. 228. 234. 457. 612. 675. 1237. 1270	312. 707 <sup>1)</sup> )	583. 1060
Oedipus Coloneus		34. 308. 309. 660. 858. 930. 966. 984. 1182. 1356. 1396	(οἱ τ' αὐ. τῶν 1417)	405. 463. 801. 961. [1394]
Antigona		*145. 182. 646. 696. 1177. 1235. 1315	444. 547. 553	568. 574. 705
Electra		285. 572. 803. 966.	1055	344. 581. 678. 880. 974. 988
Trachi- niae	ἐπτῶν ἔαντοῦ 790 χεύψαις ἔαντῆν 903	42. 151. <sup>2)</sup> 245. 255. <sup>3)</sup> 451. 677. 881. 891. 910. 924. 1132	1117	320. 733
Philo- ctetes	κτεινεῖν ἔαντοῦ 1342	902	84. 577	553. 752. 772. 773. 886. 950. 968. 1008
Fragmen- ta		100,2. 323,2. 736,7. 786,7. 846,2. 871,3 <sup>4)</sup> )		

Ad Aeschylum. <sup>1)</sup>) Versus stellulis significati non sunt trimetri iambici.<sup>2)</sup>) Omisi ex fragmento spurio 452,2 αἵτῳ.

	<i>έαυτοῦ</i>	<i>αὐτοῦ</i>	<i>σεαυτοῦ</i>	<i>σαυτοῦ</i>
Alcestis		*85. 188. *461		250. 685. 703. 788
Andromacha		948		648. 717. 1077. 1275
Bacchae		723		
Hecuba		618		1183. 1230. 1246
Helena		1518		1286
Electra		1082. 1267		405
Heraclidae		5. 22. 143. 493. 814	635 <sup>1)</sup>	
Hercules	τόξ' έαυτοῦ 970	507. 961		
Supplices		364. 432. 482		
Hippolytus	χταπεῖρ έαυτοῦ 978	396		
Iphig. Aul.		811. 1104		
" Taur.				1003
Io		70. 370. 610. 965. 990. 1176. 1532. 1535. 1536		*525. *532. 727. 1603
Cyclops		338		
Medea		17. 31. 86. *202. 463		51. 273. 610
Orestes		576		1617
Troades		301. 642. 693. 724. 940		1031. 1284
Phoenissae		61. 472. 763. 966. 1418		1636. 1658
Fragmента	*597,3 <sup>5)</sup>	108,2. 183,3. 213. 557,1. 611,3. 635,1. 690,2. 738,2. 794,4. 879,3. 897. 926,5. 738,2. 1004,2. 1028. — 854, <sup>3)</sup> 913,2. <sup>4)</sup> 1107 <sup>2)</sup>	364,8. 694,2 <sup>6)</sup>	143,4. <sup>7)</sup> 174,1. <sup>8)</sup> 866,2. 955,4

Ad Sophoclem. <sup>1)</sup> Laur. A a prima habet ἀφεις έαυτοῦ; sed editoribus σεαυτοῦ exhibentibus adsentior, et quia forma έαυτοῦ κτέ. rarissima apud Sophoclem est et quia litera C intercidere facilime potuit in vicinitate literarum lunatarum -εισεε-. — <sup>2)</sup> Omisi locum Trach. 145, qui mihi ne a Blaydesio quidem, cuius nunc Nauckius conjecturam probat, sanatus esse videtur; nam de aestu sine dubio potest dici χλοεῖρ, nec vero de frigore. Ego mendum in sola voce αὐτοῦ vel αύτοῦ — in Laur. enim est αῦτοῦ — latere credo. Et cum Hermannum (ad h. l.) de χωροῖσι verum docuisse iudicem, sententia autem non claudicante ante και nihil possit addi nisi adverbium, quo βόσκεται illud aliquatenus accuratius

[ad I 14]

Ex ceteris tragicis mihi notavi: *αὐτοῦ* Ion. fr. 61 (corr. Nauck: *αὐτ.* libri); Dionys. fr. 11 (p. 618 N.); Pytho fr. 1,4 (p. 630). — adesp. fr. 50 (ubi Schol. Arist. sqq. 437 ἐαντοῦ contra metrum); 136,2 (ci. N.: *αὐτ.* libri); 299,1; 479 (*ἐαντ.* libri contra metrum). 136,2 (corr. N.: *αὐτ.* libri); 298,1; 479,2 (*ἐαντ.* libri contra metrum?). Contra ἐαντοῦ est in fragmento, quod libri Menandro, Nauckius (p. 602) Dicaeogeni (fr. 3,3) tribuunt; itemque *αὐτὴ δὲ ἐαντὴν αἴθλα τῶν πόνων ἔχει* fr. adesp. 89,3 legitur; at *αὐτὸς ἐαντοῦ* a tragicis in senariis dici non credo, cum ne comoedi quidem, nisi in anapaestis aut aliis artificiosioribus metris saepius ita dicant (cf. Arist. nubb. 407, 980; Dionys. Com. Gr. III 548 Mein.; Lynceus ibid. IV 433); licetne igitur conicere mendum latere? — *σαντοῦ* etc. extat Ion. fr. 55,1; fr. adesp. 146; 474; etiam 346,2, quem locum Meinekius etiam inter comicorum fragmenta habet (IV 676). — *σεαντὸν* legitur fr. adesp. 256 (redit Men. mon. 310).

definiatur, pro *αὐτοῦ* propono scribendum esse γαληνῶς, ita ut hic iam imago, in inequentibus magis etiam exulta, adumbretur: τὸ γάρ τε *σεάζον* ἐν τοιούτῳ βόσκεται χωρὶς γαληνῶς καὶ νὺν οὐδὲ φέλπος οὐδὲ δύρδος οὐδὲ πνευματών οὐδὲν κλονεῖ. — <sup>3)</sup> Trach. 384 (ὅς ἀσκεῖ μὴ πρέποντ' αἰτῷ κακά) libenter H. Stephani πρίπονθ' αἰτῷ recipere, nisi totus locus mihi corruptior videretur, quam ut de unius vocis medela cogitare auderem. — <sup>4)</sup> Expunxi Soph. frg. 920 N. (A. B. 467,28) *αὐτὸς Σοφοκλῆς ἀρτὶ τοῦ ἑμαντὸν*; videtur enim ad O. C. 966 referendum esse.

Ad Euripidem. <sup>1)</sup> In dubitationem voco verba; unicum enim hoc ἔπαιρεν *σεαντὸν* aliud est quam quod dicit (*ἔπαιρε σαντήν*) Alc. 250, Andr. 717 (-τὸν) 1077 Ion 727; cf. Soph. Phil. 886 et Aristoph. vesp. 996. Lys. 937; cum igitur hanc esse formulam appareat, versus Euripideus vel in *ruru* δὲ *ἔπαιρε σαντόν*, ὅρθωσον ζάρα vel in simile quid rescribendus videtur. — <sup>2)</sup> Frg. 1107 (= A. B. 378,13) ἀλλήλων ἀρτὶ τοῦ ἑαντῶν. οὔτες Ἐύρεπιδης (i. e. ἑαντῶν ἀρτὶ τοῦ ἀλλήλων) conieci αὐτῶν fuisse, ut insolens forma removeretur. — <sup>3)</sup> Frg. 854 Nauckius e Meinekii coniectura ὄθοντεν / [αὐτὸς] ἐν ἑαντῷ πάντα οὐλλαβών ἔχει dedit, cum traditum sit: δόθ' οὐρεύειν ἐν αὐτῷ π. ο. Ι. Ego adscito Hermippi comici fragmento 4 K., ad quod novissimus editor nostrum Euripidis locum adscribere debuit: 'ἐτρὸς δὲ ἔχων περιέχεται πυλῷ τὰ πάντα' ἐν αὐτῷ, loco medelam me allatum esse speravi, at parum profeci; fortasse corruptela per similitudinem nata verborum ἑαντός et ἐν αὐτῷ; ceterum cf. de Wilamowitz-Moellendorff, *Coniectanea* p. 18 (ind. schol. Gotting. 1884). — <sup>4)</sup> Multo meliorem Meinekii *σμικραῖσιν αὐτοῦ* coniecturam esse quam quod Nauckius recepit Porsono auctore *σμικραῖς* ἑαντοῦ nunc vix est quod moneam. — <sup>5)</sup> Omisi ex fragmento spurio 1117,35 χρήνῳ δὲ ἑαντὴν, et versum ut ceteri Weiliiani fragmenti Euripidem auctorem titulo falso sibi vindicantem [un papyre inedit, Paris 1879 p. 4 v. 12] περὶ τῶν γένεσις πραγμάτων ἵστος φρονεῖ. — <sup>6)</sup> Recte Nauckius frg. 918 Eupolidi dedit eiusque inter fragmenta Kockius edidit (frg. 455): *χρηματή σεαντὴν* ἐν μέσης ἀρτηρίδος. — <sup>7)</sup> *νόμιμε σαντὸν* ex Stob. A. editur, cum *Matr. Vind. Voss.* habeant *νόμιμε αὐτὸν* i. e. *νόμιμῶς ἑαντὸν*, quod recipiendum: nam versus Euripidis non esse videtur; iam Musgravius a tribus

[ad 114] Converto me ad comoedos quorum usum nemo indicibus inspectis ea re a tragicorum dictione multum distare non videbit, quod formae trisyllabae frequentius ibi deprehenduntur.

Aristophanis locos in tabellam redegi hanc:

*Aristophanes. 1)*

	<i>ἴαντοῦ</i>	<i>αῖτοῦ</i>	<i>σεαντοῦ</i>	<i>σᾶντοῦ</i>
Achar-nenses		961. *1017	1019	
Equites	*καθ' <i>ἴαντόν</i> 513 <sup>2)</sup> *αὐτὸν <i>ἴαντῷ</i> 544 αὐτὸς δ' <i>ἴαντῷ</i> 1223	1284	126. 348. 714. *756. *869	183. 184. 739. *809
Nubes	*αὐτὸς <i>ἴαντὸν</i> 407 *εἰς <i>ἴαντον</i> 585 *αὐτὶς <i>ἴαντὸν</i> 980	145. 194. 233. 350. 401. *515. 544. 905. 1214	*436. 695. 1263. *1449. 1455	25. 88. 242. 385. 478. *700. 762. 796. 842. *889. 960. 994. 1296. *1433. 1454. 1475
Vespae	*μεθ' <i>ἴαντοῦ</i> 692 *καθ' <i>ἴαντόν</i> 1021 *παιδίχ' <i>ἴαντοι</i> 1026 *τοῖσιν <i>ἴαντοῦ παι-</i> <i>οὶ</i> 1533	76. 130. 397. 564. 642. *743. 804	*286. 778. 1180. 1198. 1213. 1529	*196. *355. *380. *388. *393. *598. *668. 996. *1498
Pax	τίλλονθ' <i>ἴαντόν</i> 546	67. 735. 884. *1184	63. *656	19. 32. *159. 707. 708. 828. 987. 1109. *1300
Aves	*παρ' <i>ἴαντῷν</i> 608	475. 808. <sup>3)</sup> 1443		*360. 666. 1020. 1367. 1642
Lysistrata	*πιλοῦντας <i>ἴαντοὺς</i> 577 *τις <i>ἴαντόν</i> 1070	1186	*386	132. *372. <sup>1)</sup> *468. *506. 712. 937
Thesmo-phori-azusae	*θάμ' <i>ἴαντῷ</i> 952	15. 585	235	211. 213. 234. 249. *564. 1062
Ranae	*τίλλειν <i>ἴαντοι</i> 424 τῶν <i>ἴαντοῦ συντέ-</i> χνων 763 τὴν <i>ἴαντοῦ μητέρα</i> 1194 *τοῖς <i>ἴαντοῦ οὐγγε-</i> νέσι 1488	*535. *1042. 1195. 1429 <sup>5)</sup>	*594. 630. 853	122. 133. *386. *947
Ecclesia-zusae	ἱερεῖν <i>ἴαντάς</i> 468	226. 402. *635. *637. *647	*486	*294. 406. *481. *499. 535. *917
Plutus	*παρ' <i>ἴαντῷ</i> 589	*510. *524. 692. 741. 1165	390	56. 631. 1106. 1134
Fragmen-ta		77. 253,2. 321,2		299,3. 590,1

prioribus eum secrevit. — <sup>3)</sup> Melius fortasse omissem numerum; nam Euripidi eripiunt versus.

Ad Aristophanem. <sup>1)</sup> Fragmenta veteris comoediae numeris Kockianis, mediae et recentis Meinekianis insignivi. — <sup>2)</sup> v. 504 del. G. Hermannus, ubi est

*ad I 14 αὐτοῦ* Crates 14,2. Pherecr. 13,6. Hermipp. 4,2. Plat. 187,2. Alcaeus 23 (?). Nicochares 2,2 (p. 770). *σαυτοῦ* Crates 14,6,7. Pherecr. 5,1. 93,1. Phryn. 58,2. Stratius 24,2.

*ἐαυτοῦ* Plat. 153,2. Nicopho 13,4 (p. 777).

*σεαυτοῦ* Crates 14,10. (in tetram. iamb.); Eupol. 158,2. (in tetr. iamb.); 455 (cf. not. 6 ad tabulam Euripideam).

Mediae et recentis comoediae scriptorum exempla singula afferere opus non est, cum Jacobi indice ea exhibeantur. Sat habeo monuisse me 84 locis *αὐτοῦ*, 35 *ἐαυτοῦ* et 39 *σαυτοῦ*, 16 *σεαυτοῦ* legisse. — Ex his numeris quod perspicitur, Isocratem in formarum bisyllabarum usu ad tragicorum consuetudinem se applicasse, id firmissima fulera assumit ex titulis inspectis. Etenim Corporis Inscriptionum Atticarum volumen primum et alterius pars prior mihi centies quinquagies quinque trisyllabas formas (*ἐαυτοῦ*) enotandas praebuerunt (locos habet Schmolling l. 1.), cum servent bisyllabae exempla haec: I 28,14. ([*αὐ*]τοῦ); II 1, 112,16. 143,9. 212,5. 249,21. 471,59. 478,28. 621,7. 624, 26,27. in addendis 35<sup>b</sup> 12 (omisi: in add. 324<sup>b</sup> 3 *αὐ[τ]ῷ* propter spiritus pravum hoc in titulo obvium usum, Schmolling l. 1. p. 4). His addenda sunt exempla, quae in secundo volumine alterius Corporis Inscriptionum Atticarum partis nuper edito reperiuntur quaeque propterea singillatim excribenda mihi videbantur, quod illorum Schmolling rationem habere nondum potuit. Extat autem in volumine illo forma *ἐαυτοῦ* formaeque ceterae ab illa ductae hisce locis fungentes vicibus

*reflexivi pronominis:* (CIA. II 2,) 728 A 8 *ἐφ' ἐαυτῶν*; 766,6 ὑπέρ *ἐαὐτοῦ* (? ita Kumanudes); 835 d 16 ὑπέρ *ἐαυτοῦ*; ib. i 74 *ἐφ' ἐαυτοῦ*; 841,3 ὑπέρ τε *ἐαυτοῖς* καὶ . . .; 842,17 θύ?ειν *ἐαυτεῖ*; 984, 4. 6. 10. 17. 19. 21. 23. 25. 26. 33. ὑπέρ *ἐαυτοῦ*; ib. v. 14. 38. 42. ὑπέρ *ἐαυτοῦ*; ib. v. 29. 32. 34 . . . *ἐαντοῦ*; ib. v. 4. 26. 33 [*ἐσ*]ντοῦ]; 987 A 2 φίλοτιμ[i]ας ἐνεκεν τῆς εἰς *ἐαυτοῖς*.

*possessivi pronominis:* (CIA II 2,) 842,11 *κτη?]μάτων* *τῶν* *ἐαυτῆς*; 874,14 οἱ περτά[νεις τὸν] ||<sup>15</sup> *ἐαυτῶν* . . . (?); 1059,6 τὰ *ἐαυτοῦ*; 1060,9 τὴν . . . νναίαν . . . *ἐαυτῶν* εἴναι; 834<sup>b</sup> (in addendis) col. II 8 ἀ[ο]τε *αὐτὸν* *ἐαυτῷ* ξύλα [π]αρέχειν.

*αὐτοῦ* formaeque ceterae ab hac radice ductae fungentes vicibus

*reflexivi pronominis:* (CIA II 2,) 804 Aa 55, b 12. 807 b 20. 808 c 51. 809 d 178. 187. τὸ καρ' *αὐτὸν*; 808 c 41

*καθ' ἐαυτούς.* — <sup>3)</sup> Versus est ex Aeschyli Myrmidonibus (fr. 135,4 N.) cf. p. 105 — <sup>4)</sup> Versum Wilamowitzius sanum non putat statuitque delendum esse σὺ, ita ut ithyphallicus clausulae vicibus fungatur (*χλιαρεῖς σεαυτός*). — <sup>5)</sup> Versus ex Euripidis fabula ignota petitus est (fr. 879,3 N.).

[ad I 14] τὸ κα[θ' αὐτ]υῖν; 807 b 14 τὸ καθ' αὐτοὺς; 835 d 34. 39. i 47 ὑπὲρ αὐτῆς; 975 V 11 Χαιρίων Αὐτοῦ καταψευδομέν[η] (ex didascalis comicis); 834<sup>b</sup> col. I 9 λιθούς αὐτῶι παρ[εχ]-ο[μέν]αι πρόδ[ει] τῶι ἔργῳ.<sup>1)</sup> ib. col. II v. 51 ἐφ' ψ τε ἔντα-σιτὸς<sup>2)</sup> αἰτῷ παρέχειν. —

*possessivi pronominis vicibus fungi formas bisyllabas non legi.*

Trisyllabarum igitur exempla triginta unum, bisyllabarum quattuordecim efficiuntur, ita ut subducta ratiuncula formarum a radice ἑαυτ- ductarum centies octogies sexies, vicies quater a radice αὐτ- derivatarum inveniantur. Nuperrime autem D. Philios in *Ἐφημερ. ἀρχαιολ.* III (1883) 133 titulum Eleusinium edidit insignem, et quia utramque formam paucis verbis interiectis exhibet, et quia egregie convenit observationi quam supra (p. 106) de licentia in adhibendis formis trisyllabis a scaenicis sibi concessa protulimus: αὐτός τε αὐτὸν ἔταξε<sup>3)</sup> Ελευσινάδε καὶ τὸν στρατιώτας τὸν μεθ' ἑαυτοῦ πτέ.<sup>4)</sup>

Sed ut dubium utrius usum Isocrates orator secutus sit, esse nequit, ita quid ipsi Attici dixerint nescio; nam si titulos respicio comoediamque ad eorum usum proprius accedere video, ἑαυτοῦ Atheniensibus reddendum esse mihi persuaserim: sin tragedias adeo reminiscor que nos adhuc nullos fere nisi publicos titulos adhibuisse neque fieri nequire, ut privatis adhibitis etiam bisyllabae frequentiores fuisse videantur<sup>4)</sup>, et

<sup>1)</sup> Ita nunc etiam Tsuntas (*Ἐφ. ἀρχ. 1. c.* 194); in tabula fasciculo adiecta (πτυ. 9) aegre tantum dignoscuntur vestigia literarum... o... μικρο.

<sup>2)</sup> αὐτὸν αὐτῷ ci. Tsuntas (*Ἐφημερ. ἀρχαιολ.* III [1883] 132), probabiliter lapicidae errorem corrigen.

<sup>3)</sup> Nolo quaerere, quae sit formarum αὐτοῦ et ἑαυτοῦ origo utrave sit rectius formata, quia non invenio Atticos alteram alteri praetulisse; G. Meyerum (Gr. Gr. p. 344 sq.) de formis Herodoteis verum vidiisse credo, de Atticis nego. — Notandum est tragicos formas σεαυτοῦ κτέ. nisi in enuntiatis imperativis usos non esse: quorum consuetudinem in Isocrate recensendo sequi ea re iubemur, quod orator iisdem in tertiae personae pronominibus se applicavit. — Quamobrem si Isocratis esset Demonicea sine dubio § 14 et 34 σεαυτὸν restituerem atque § 16 σεαυτῷ e Stob<sub>ABcorr.</sub> reciparem (cum § 15. 23. 25 fortasse ferri posset σεαυτόν): nunc verisimilius duco tradita retinere, cum imitator quamvis ceteroquin accurate exemplum exprimens facile tales minutias neglexisse credendus sit. Genuinis Isocratis orationibus editores iam formas σεαυτοῦ κτέ. eripuerunt. Ratione autem progradientes quoquaque loco ἑαυτοῦ κτέ. pro σεαυτοῦ κτέ. positae non imperativis coniunctae sunt restituemus αὐτοῦ κτέ.; rescripti igitur II 24 πρὸς αὐτὸν (ἑαυτ. libri et *papyrus Massil.* col. i' 9); e lege Isocratea idem legi debuit I 21; IX 47 πρὸς αὐτὸν sanum est, quia forma trisyllaba apud imperativos potest stare, non debet.

<sup>4)</sup> Suboritur haec suspicio respicentibus nobis formarum a radice ἑαυτ- ductarum si numeros ad centenas reduxeris, in uno volumine Corporis Inscr. Att. novissime edito inveniri 53%, formarum ab αὐτ- derivatarum 47%, cum priora duo

[ad I 14] *αὐτοῦ* et *ἐαυτοῦ* Atheniensium esse confirmaverim; utut res est, hoc disputavi, ne, si quando inscriptiones ad res privatas pertinentes cunctae collectae atque dispositae erunt, denuo quaeratur, quid hac in re spectandum sit, neu destituantur fulcro firmissimo sententia illa Isocratem tragicorum aemulum esse; cui statim novum subiciam, dico usum ν paragogici.

Sicut enim scaenici inter vocales, ut harum collisum vitarent, literam ν, quam ἐφελκνστικόν vocamus, inserere coactierant, ita Isocrates, utpote qui ab illis fugam hiatus receperisset, necessario eandem istam adhibuit. Nunc autem cum ex Martini Urbinatis collatione ν illud a scriba huius codicis non solum ante vocales sed etiam ante consonas positum esse neverimus<sup>1)</sup>), quaeritur qui Isocratis aut Atticorum usus fuerit. Duas partes negotii via ac ratione progressus summa cum religione et diligentia nuper I. I. Maassen absolvit commen-tatione ‘studiis Lipsiensibus’ (IV) inserta, cui ‘de littera ν Graecorum paragogica quaestiones epigraphicae’ inscriptum est; sollerter enim atque absolute titulorum usum illustravit et grammaticorum testimoniis allatis suam ipsius de origine et usu literae sententiam caute subiunxit. Reliquit igitur mihi provinciam poetarum, ex qua exempla congerens biper-titam quaestionem reddere coactus non fui, quia de ν in pausa orationis apud poetas quaeri vix potest, sed solum vi-dendum est, ante quas consonas ν ut positionem, quae dicitur, efficiat, addatur; nec magis ii loci in censem veniunt, quibus ν aut addi aut omitti queat, cum in poetarum non maior quam in pedestris orationis auctorum scriptis librorum auctoritas esse possit; redit igitur res ad eos locos, quibus metrum ν deesse vetat, quaerendumque est num fuerint literae, ante quas ē aut ī<sup>2)</sup> saepius quam ante alias cum illo ν deprehen-dantur; qua in re tractanda, cum senarios solos, quippe quibus sermo Atticus et usus fidelius quam versibus quovis alio metro vinctis servetur, respicerem, hasce tabellas composui:

---

praebeant formarum ab ἑαυτ- 94%, αὐτ- 6%. Continentur autem volumine illo inscriptiones quae ex parte non tam ipsius civitatis iussu insculptae sunt quam in privatarum congregationum usum, quae sacris aliisve vitae condicionibus con-iuntae erant ultimas vero eius paginas ipsa compleunt ‘Iuris privati instrumenta’.

<sup>1)</sup> *Papyrus M* ante vocales nunquam ν omittit, ante consonas in medio sermone vix unquam abicit semperque habet in colorum fine: col. α' 21 πολλά εστιν τα (II 2) δ' 10 βασιλεων την (11) 12 τιθεσιν τουτων (ib.) 19 πραγματιν χρησιμην (12) δ' 2 εστιν τον (17) ιδ' 19 [πρα]γματιν τοις (27). — δ' 3 εστιν και (6) ε' 7 ωφελησιεν και (8) 10 ποιησιεν πρωτον (ib.) δ' 2 εστιν και (9) ιδ' 13 εστιν. δια (21) ιδ' 18 νομιουσιν. τοιουτος (27) ε' 1 πραξιων. πιετον (ib.) 14 εστιν, και (28).

<sup>2)</sup> Etiam formas in ī et ē exeentes non seiunxi, quia et chartarum spatium arctius videbatur neque quicquam ex seiunctim illis propositis nos lucraturos esse instituta ratione vidi.

## Aeschy-

(Ed. Kirchh.)	$\beta$	$\gamma$	$\delta$	$\vartheta$	$\chi$	$\lambda$
Persae	505. 762. 810		190. 494	512	336. (cf. $\mu$ ) 368. 425	
Septem	595	692	536. 553. 588	8		
Agamemno	800. 853	1283	514	249. 910. 922		1266
Choephorae						670
Eumenides	237. 265. 720	136	622	25		104
Suplices	291. 682	472				
Prometheus	839	58. 400. 772	787. 241			48
Fragmenta	343,1					
	13	7	9	6	3	4

## Sopho-

(Ed. Sch.-N.)	$\beta$	$\gamma$	$\delta$	$\vartheta$	$\chi$	$\lambda$
Ajax	558			478. 1060	1243	591
Oed. rex	427	1007	89	542	55. 218	790. 1023
Oed. Col.			346. 600. 789	10	782	
Antigona		569. 647	297. 1246		672. 1327	1061
Electra	669	319. 1173	1505		445. 793 1196. 1460	1353
Trachiniae	302	475	63	1163	567	
Philoctetes					602. 890	
Fragmenta	859,2	443	544. 856,4		708	101,3 844,4
	5	7	10	5	14	7

<sup>1)</sup> Nescio an rectius ex Clemente  $\eta\delta\epsilon$  recipiendum sit; sequitur enim praeter-tum; verba  $\omega\dot{\imath}\omega\tau\alpha$  non tam corrupta sunt quam una cum toto versu ab inse-

lus.

ad I 14]

$\mu$	$\nu$	$\pi$	$\sigma$	$\tau$	$\varphi$	$\chi$	
336. 351. 431. 453. 476		361. 752. 795		423. 603	298. 768		21
		25. 359. 406. 414. 417. 447. 475. 679		429. 646	421		17
	329. 647	313. 1145		260. 263. 320. 1156. 1186	289. 470	519. 1311	21
11. 131. 171. 874. 904		227. 482. 534		86. 695			11
12. 741		403. 639		478			12
297.		289. 959		313. 604			8
669	232. 684	496. 659. 736. 844		8. 200	612. 823	1004	19
	54,2				261,2		3
14	5	24	—	16	8	3	112

cles.

$\mu$	$\nu$	$\pi$	$\sigma$	$\tau$	$\varphi$	$\chi$	
	59	49. 61. 830. 1069. 1380		283. 1058. 1349	483. 1125		16
614		1371. 1477		1032. 1233. 1385			14
323. 1286		376. 408. 454. 1259. 1330	873. 1311	411. 867. 1156. 1637	1262		19
233	452. 668. 717	268		219. 897. 1107			15
1371		268. 567. 979		1219. 1375			15
10. 313	561			46. 872. 933. 935			12
536. 948 997	1017	623		1241	304		9
699,3, <sup>1)</sup> 856,3		19,1		193,1. 216,2. 829			13
12	6	18	2	23	4	—	113

quentibus ita seiungenda, ut unus vel duo versus intercidisse statuantur. Ceterum moneo v. 2. 3 interpretibus Isocr. VII 33 adscribendos esse. 8\*

	$\beta$	$\gamma$	$\delta$	$\vartheta$	$\pi$	$\lambda$
Alcestis	534	739. 1143	425		185. 515	
Andromacha		944. 953. 971. 1271			1233	591. 620
Bacchae		451. 468 501. 698	369. 954	289	244. 773	
Hecuba		857. 1200	494. 509. 670. 763. 1052. 1143. 1253	998	576. 732. 1178	546
Hele na	136. 656. 688 <sup>1)</sup>		17. 43. 468	1659	133. 135. 137	
Electra			270. 424. 930. <sup>2)</sup> 1258	1141	504. 551. 1034	272. 350
Heraclidae		128. 342	745		671	
Hercules	1. 1000. 1306	285	564. 635	176	287	41
Suplices			227. <sup>3)</sup> 752. 1171		217. 242 1011. 1042. 1186	673. 854
Hippolytus	1032. 1415	861. 1336	411. 478	45. 800	101. 509. 1251. 1338	
Iph. Aul.	922	467. 609. 988	839. 925	82	308. 534 <sup>4)</sup>	70. 1013
Iph. Taur.	1307	520. 719. 778. 945	930		1403	
Ion	16	8. 10. 1202	617. 1158. 1205	1145. 1280	370. 1588	649

<sup>1)</sup> Omisi [906]. — <sup>2)</sup> Omisi [1103]. — <sup>3)</sup> Omisi [435]. — <sup>4)</sup> Omisi

pides.

ad I 14]

$\mu$	$\nu$	$\pi$	$\sigma$	$\tau$	$\varphi$	$\chi$	
1082	698	496. 833 7		521. 525. 723. 1087	547. 755		16
		171. 646		1103	365. 890. 996		13
350. 770	1286	306. 319. 683. 1132. 1349	817. 936	48. 473. 825. 1257		1286 (cf $\nu$ )	24
232. 554. 603	266. 777	574		363. 388. 427. 602. 1043. 1179. 1248	804. 841. 1218		30
	103. 1210	154. 297. 868. 1620	1670	286. 1422			19
		307. 1086		352. 385. 535. 601. 1277	326. 1012. 1281		20
218. 279. 408. 792		29. 505	386. 715. 953	935	381. 1023	220	17
306. 852	966	22. 78 242. 457. 595. 1289	600	981. 1174. 1396	305. 445	226. 530	26
708	430	458. 498. 777. 1194. 1208	572	21. 1080. 1197		500	22
596. 966	91. 279	454		18	93		19
924. 1032 1115		826	851. 1177	57. 524. 918			20
40	519	265. 309	979	30. 548. 748			15
		267. 416. 802. 826. 1528		1146. 1190. 1426	933. 1011		23

[1561. 1567].

	$\beta$	$\gamma$	$\delta$	$\vartheta$	$\kappa$	$\lambda$
Cyclops		229		278	631	259
Medea			1213 1298		699. 911. 1302. 1369	
Orestes	602	75. 1034. 1154	60. 405. 669	12 534. 566. 1137	91	270
Troades	690					721. 938
Phoenissae	427. 950	965	277. 1115. 1119. 1392. 1650	1001	752	1140. 1166
Fragmenta	140,1. 259,1. 399,2. 439,1. 956,1. 1071	141,1. 275,1. 289,1. 629,1	291,3. 364,8. 411,1. 437,2.	217,2. 294,7. 448. 720,1.	221,1. 284,28. 326,4. 446,2. 534,2. 641,2. 832,5 <sup>6)</sup>	38,2. 284,18. 601,2. 701,2. 1051,1
	22	36	47	20	44	22

<sup>6)</sup> Kirchhoffius edidit ἐν σέλμασιν νεώς ἐπτετράντῃ φέρεις σύν νιν; praetuli ἐν σέλμασιν νεώς ἐπτετράντῃ φέρεις σύν νιν; praetuli ἐν σέλμασιν νεώς ἐπτετράντῃ φέρεις σύν νιν; [1117,4.25].

pides.

ad I 14]

$\mu$	$\nu$	$\pi$	$\sigma$	$\tau$	$\varphi$	$\chi$		
	144 <sup>6)</sup>	137. 276. 392		417			9	
		1359		331. 342. 566. 1040	77. 1038. 1295	898	15	
	395			1589. 1592	64. 128. 1135. 1647	950. 1272	22	
658		3. 390. 440	411. 625. 1270	1176	408		12	
897. 905		279. 413. 726. 733. 1105. 1468	453. 1408	390. 502	407		25	
526,1	205,2. 728,2. 1056,1	21,7. 355. 362,26. 368,2. 571,3. 724,4. 759,3. 1020,1. 1050. 1067,2		288,1. 332,8. 333,2. 334,3. 385,10. 529,3. 582,6. 604. 637,6 <sup>7)</sup>	263,2. 334,3 (cf. $\tau$ ) 496,5	412. 797,2		60
23	16	61	18	61	28	9	407	

*μαστεν νεοίς κτι.* cum synecesi vocalium εω. — <sup>6)</sup> Omisi [1117,32]. — <sup>7)</sup> Omisi

Aristophanes.

[ad I 14]

	$\beta$	$\gamma$	$\delta$	$\vartheta$	$\kappa$	$\lambda$	$\mu$	$\nu$	$\pi$	$\sigma$	$\tau$	$\varphi$	$\chi$
Acharn.									189		1089	613	98.729
Equites				93. 1005					1366	38	1210	36	5
N				100. 873.	127				254	96. 97.	753	877	6
V											74	199	
Ly:													
The													
ri													
I													
Ec													
;													
• I													
Fri													



[ad I 14] Sed cum eidem viro docto ex hisce effici posse videatur: ‘omnium facilime gutturales ferunt litteram ν, paulo rarius labiales admittunt, omnium vero maxime eam respuunt dentales’, nos iudicamus casu fugam dentalium literae ν in titulis observari. Etenim scaenici tam saepe eam ante δ ι τ habent, ut ex centum exemplis hae literae 44 occupent, cum labiales 31, gutturales 25 exhibeant; accedit, quod si Maassenum imitatus solas formas in -ινexeunte<sup>1)</sup> respicis, ex Aeschyli Sophoclis Euripidis Aristophanisque reliquiis hanc tabellam confidere tibi licet, quae viri illius doctissimi rationibus prorsus contrarium doceat:

gutturales.      labiales.      dentales.

104 : 70,7 %  130 : 63,4 %  175 : 72,3 %.

Eo autem magis casu nos falli ducere cogimur, quo accusati perspicimus etiam rationem ex poetarum scriptis institutam speciosam quidem, sed nihil probantem esse: recogitandum enim est a dentalibus ea vocabula Graeca incipere, quae in sermone cottidiano saepissime necessario adhibebantur: dico articuli et pronominis demonstrativi casus obliquos, pronomen interrogativum (*τίς*) et indefinitum (*τις*), particulas creberrimas δέ δή τε τοι τοιννν.

Novimus titulorum novimusque scaenicorum usum, qui in adhibenda litera paragogica observari potest, neque tamen regulam ex iis quae perlustravimus componere nobis licuit. Quid igitur dicemus? Eos qui autumnent nos non iam posse expiscari qua ex ratione Attici literam illam usurparint, ex laudanda nesciendi arte perniciosam negandi facere; hoc enim et tituli et poetae demonstrant: Athenienses in sermonis tenore pro lubitu et magis sentientes aptum literae usum quam scientes modo addidisse hanc modo omisisse; quae progrediente tempore in hominum delicias adeo abiit, ut rarissime non poneretur. — Quae cum ita sint, recensentibus nobis Isocratis orationes Urbinatis auctoritatem hac quoque in re rectam iustumque viam praeire ipse videbis, si noveris eum omittere ν media in oratione hisce Panegyrici locis (paginae sunt Blassianae): 43,23. 44,30. 45,11. 25. 46,5. 48,29. 51,16. 56,22. 24. 27. 60,17. 62,7. 26. 64,24. 66,4. 67,25. 71,13. 75,16. 22. 76,23. 79,24. — Addita contra legitur: 43,2. 4. 46,3. 47,23. 24. 29. 50,31. 51,10. 53,18. 27. 55,27. 58,10. 59,8. 60,10. 64,1. 69,12. 21. 71,3. 72,10. 73,28. 30. 74,125. 75,8. 78,4. 5. 29. 79,7. 80,17. 86,5.<sup>2)</sup> Sed quid de ν in pausa

---

qui ex Mülleri libro ‘de pedibus solutis in dialogorum senariis Aeschyli etc.’ hausit; Aristophaneam ipse paravi.

<sup>1)</sup> Numeros formarum quae in -ινexeunt in tabulis nostris imprimendos curavi literis rectis; inclinati sunt formarum in -ιν terminatarum.

<sup>2)</sup> ν in ἐστι, ὠντε om. I p. 51,24; hoc unico loco sine dubio scribæ errore. —

[ad 14. 15 orationis statuamus? Urbinas exceptis locis 42,2. 43,24. 44,2. 52,7 (bis); 61,27. 78,23 semper addit, neque deest ν in titulis olympiade CXI. recentioribus, cum in iis, qui archonte Euclidis sunt antiquiores, si centenas respicis, quattuor vel quinque tantum exempla additae literae deprehendantur; tituli autem temporis his aetatibus circumscripti plus quam tertiam partem locorum literae capacium revera vix literae illi concedunt (Maassen l. c. p. 29). Ad recentissimas igitur inscriptiones Urbinalis usus sese applicat; restat ut quid nos faciamus dicamus: nimis semper addemus ν in orationis membrorum fine, id quod mihi etiam ratio postulare videtur. Nam quibus literis adiungitur ν, eae sunt quae prava atque veloci pronunciatione facillime quasi extinguantur<sup>1)</sup>: his tanquam fulcrum addebant consonam, quae saepissime in verborum exitu audiebatur. Quid? frequentius nonne quam ceteris locis ipso in membrorum istorum fine, ubi remittebatur vox, illam literam opus erat addi, ne plane evanescerent tenues istae ē et ī?

### 3, ad 15.

(p. 15)

Adscitis verbis § 21 locum nostrum. ἡγοῦ μάλιστα σε αντῷ πρέπειν — τὸ τῶν νεωτέρων ἥθος a Blassio non recte restitutum esse appareat. Nam ut hic ea enumerantur, ad quae vitam nostram regamus oportet, ita ibi proferuntur quae fugienda sunt; qui igitur ibi quattuor membra (αέδονς δργῆς ἥδονῆς λύτης) bene se habere statuit, eum hic quoque

---

Ceterum velim respicias quam bene quadrent verba Aristarchi iunioris (ap. BA. 1400) ad Urbinateum: ἵστεον ὅτι οἱ Ἀττικοὶ πάντα τὰ ἐνεκά κτέ.... συμφώνοι καὶ φωνήστος ἐπιειχομένου μετὰ τοῦ ν γράφουσιν, ώς ἵστοι οὐρώς συμβαλεῖν ταῖς τοῖς πάλαι οὐροῖς πεπονημέναις ἐντυγχάνοντα βίβλοις.

<sup>1)</sup> Rectissime Reinhhardt (ed. p. 168): 'An mehreren Stellen wird erst durch dies ν die vom Redner offenbar beabsichtigte Paromoiosis vollständig bewirkt.' — Non ignoro formas genetivorum alterius Cypriorum declinationis in -ων desinentium, e. g. τῶν μισθῶν; sed haec mihi nihil probant, quippe quae parum nostram ad rem faciant; sunt enim, ut terminis utar linguarum comparandarum peritorum, nihil nisi 'Versuche einer schriftlichen Fixirung nasalirter Pronunciation des auslautenden Vocals'. — Ad formas ἦν ὥδειν aliaque plusquamperfecta ν per pravam quae dicitur analogiam addebat. — Ut eruere non licet accusatiui tertiae declinationis nominum propiorum in -ης exeuntis usum Isocrateum (Kaibel, Herm. XVII 416), ita cognovimus ἦν non ἦ primam esse personam apud auctorem nostrum: V 8 XII 233.231 (ter) XV 159 XVI 24.42 XVIII 37 XIX 36.39 XX 22. [ep. 1,1; 3, 4]. — προήδειν (pers. prima) requiritur XII 127, quamobrem XII 85, ubi ὥδη stare potest, ὥδειν non removebimus. — Hac occasione oblata moneo in Blassii nominum propiorum indice Isocrateo desiderari 'Callistratus, Atheniensis, patria profugus urbes in Thracia condidit VIII 24.'

[ad I 15. orationem quadripartitam esse necesse est concedere (*κόσμον αἰσχύνην δικαιοσύνην σωφροσύνην*). Blassius autem, ut homoeoteleuta aequaret, etiam in inequentibus verba mutare coactus est, cum voce q. e. *κόσμον* recisa ex Strangii auctoritate *κοσμεῖσθαι* pro *κρατεῖσθαι* scriberet. Sed homoeoteleutis quamvis auctor orationis studeat, tamen tam impar est studio ut, saepissime quod voluit aut non assecutus sit aut haud bene perfecerit. Nos igitur *κόσμον* retinemus (Schmidt, Ethik d. alt. Gr. I 314 sqq.) et verba, quae quattuor illarum virtutum enumerationem excipiunt, sic construimus: *τοίτος γάρ* (instrum. neutr. a. *ταῦτα*) *ἀπασιν* (dat. masc. a. *ἄπαντες* sc. *ἄνθρωποι*) *δοκεῖ κρατεῖσθαι τὸ τῶν νεωτέρων ἥθος* (regi adulescentium mores). — Jahrii hariolationes (quaest. Isocr. p. 37 sqq.) quod neglexi, eo rei ipsi me profuisse spero.

## 4, ad I 17.

(p. 16)

Isocratis praeceptum: *εὐλαβοῦ τὰς διαβολὰς κακὴν ψευδεῖς ἀσιν· οἱ γάρ πολλοὶ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀγνοοῦσιν, πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἀποβλέποντιν* optime commentatur Menander ap. Stob. fl. 42,1 (= FCG. IV 90 M.):

*οὐδεὶς διαβολῆς καταφορεῖν οὐδὲ ἀν σφόδρον ἢ ψευδῆς· ἐπίσταται αὐξάνειν αὐτὴν τινες, δι’ οὓς γινλάττεσθαι τὰ τουαῖν’ ὄρθως ἔχει;*

itaque conjectaram redactoris libri, quo Bekkeri lexicographus usus est, *εὐλαβοῦ τὰς διαβολὰς κακὴν ψευδεῖς ὁσι κακὴν ἀληθεῖς* respuemus.<sup>1)</sup> Eadem autem ex ratione non amplectemur II 29 omissionem vocis *ψευδῶς* in verbis *τοὺς ψευδῶς διαβάλλοντας*, quam et *papyrus M* et *E<sup>a</sup> Θ<sup>a</sup>* Stob. (fl. 48,34) *A Trinc.* suadent: delevit is, qui *ψευδῶς διαβάλλειν* idem ac *ψευδῶς ἀπαντᾶν* esse ratus electo illo adverbio verbum supervacaneum removisse sibi videbatur; at ut *διαβολή* ita *διαβάλλειν* vox est quam dicunt media.

## 5, ad I 28.

(p. 20)

Loci tractatio Blassio haud prospere cessit, qui librorum *κτᾶσθαι* retinuit aliaque e conjectura proposuit (*καὶ μὴ κτήματα — κτᾶσθαι μόνον διναμένοις*). Atque cum orator duplices sibi Demonicum divitias parare debere et *κτήματα* et *κτήματα* iubeat, aperte ad ea respicit, quae de Demonici patre, cuius ad exemplum vitam degere filium deceat, praedicavit:

<sup>1)</sup> *κακτα—κακτα* librariis, non redactori deberi persuasum habeo.

(ad I 28. § 9. ἀπέλανε μὲν τῶν παρ-  
Π 2. ὄντων ἀγαθῶν ὡς θυγτός,  
ἐπεμελεῖτο δὲ τῶν ὑπαρ-  
χόντων ὡς ἀθάνατος.

§ 28. ἔστι δὲ χρήματα μὲν τοῖς  
ἀπολανεῖν<sup>1)</sup> ἐπισταμέ-  
νοις, κτήματα δὲ τοῖς κε-  
κτησθαι (Stob. recte: κτι-  
σθαι Is.) δυναμένοις.

Ut χρήματα, opposita sunt τοῖς ἀπολανεῖν ἐπισταμένοις, ita recte κτήματα (i. e. τὰ κεκτημένα) respondent τοῖς κεκτη- σθαι δυναμένοις. Sic igitur locum interpretare: 'recte dixit uteris, si vitae dulcedines inde tibi parabis, attamen iis parces ita, ut semper beatus possis nominari possidens'. Sane argutiis ac spinis locus est refertissimus, sed talia conjecturis removere ex oratione, qualis Demonicea est, mea quidem sententia non licet; Stobaei lectione recepta omnia plana mihi videntur. Ut vero locum magis etiam illum illustrem, quomodo illum vernaculo sermone reddere studuerim, profitebor: 'als Reichthum erwirb dir Habe, solche die du hast und solche von der du etwas hast: denn wer's versteht, wie man sie nützt, der hat die Hab' von der man etwas hat, wer das vermag, dass er sie hat, der hat die Habe, die man hat'. — Ceterum cf. p. 15 ann. 2 et Aesop. fab. 412<sup>b</sup> H.: ὁ μῆδος δηλοῖ, ὅτι οὐδέν ἔστιν ἡ κτῆσις, ἐὰν μὴ ἡ χρῆσις παρῇ.

## 6. ad II 2.

(p. 27)

Ad locum nostrum proxime accedit II 11, ubi ex 5 recte dant editores καθ' ἐκάστην ἀγωνίζεσθε τὴν ἡμέραν ( $\Gamma$  καθ' ἐκ. τὴν ἡμέραν ἀγωνίζεσθε)<sup>2)</sup>; vox inter ἐκάστην et τὴν item interposita est VIII 20 καθ' ἐκ. δὲ τὴν ἡμέραν, qui locus ex paucissimis illis est, quibus articulus τὴν post ἐκάστην servatus sit: XIV 55 [ep. 5,4. 6,9]; omissum eum in libris omnibus addidit Dindorfius IV 128 VI 65 XIX 30; denuo textui ex  $\Gamma$  illatus est articulus, cum in 5 desideretur: IV 78 VII 40 X 56 ( $\Gamma\Delta$ ) XII 211; ex conjectura eum habent  $E\Theta$ , quem ibidem  $\Gamma\varsigma$  neglexerunt, VI 79; nec minus vacillant libri, si, cum vox ἐκάστην attributi locum teneat, articulus non iam homoeoteleuton efficit, sicut in κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκάστην, quod recte legitur IX 43 XII 30 in libris; at τὴν omittunt codices VII 28 (add. Dind.); VIII 129  $\Gamma E$  eum habent, quem desideramus in 5. Cum autem II 9<sup>2)</sup> κατὰ τ. ἡμ. ἐκ. in  $\Gamma$ , καθ' ἐκάστην ἡμέραν in 5 extet, III 22 non solum articulum a  $\Gamma$  StobAB

<sup>1)</sup> Ut infra κτητῆσθαι posuit, ita hic quominus χρῆσθαι diceret insequens ἐπεμελεῖτο prohibuit; hiatum enim effecisset. Ludit in radice  $XPA$ , cf. Gorgias frg. 19 S.

<sup>2)</sup> *Papyrus M* praebet § 11: αγωνίζεσθαι καθ' εκάστην ημέραην (col. 5' 13), § 9 τα καθ' ημέραν συνπιπτοτα (ε' 21); de § 2, ubi habet καθ' ε.....μέραν, cf. addenda nostra.

τε II 2 περιτομή την οποίαν μεταβάλλεται σε διάλογο στην επόμενη διάλογο η οποίαν περιέχει την απάντηση του Σωκράτη στην ερώτηση της Αριάδνης για την θεωρία της φύσης. Η διάλογος περιλαμβάνει την απάντηση του Σωκράτη στην ερώτηση της Αριάδνης για την θεωρία της φύσης. Η διάλογος περιλαμβάνει την απάντηση του Σωκράτη στην ερώτηση της Αριάδνης για την θεωρία της φύσης.

### 7, ad II 4.

p. 27

Sed hā legit: τοῖς δὲ τοῖς τοῖς εἰπόμενοι τοιοῦτοι,  
οἵς ἔδει παιδείσθαι μᾶλλον τὸν εἰλικρ. ἐπειδὴ δὲ εἰς τὴν  
αὐτὴν παιδείαν οὐτοί τοις εἰπόμενοι. ἀποθέτοις δια-  
τελέσθαι. οἱ μὲν γαρ πλεῖστοι τὸν ἀριθμὸν τῶν αὐτοῖς οὐ πλη-  
ουσίσθαι, οἱ δὲ στριβρές τοῖς χαράν διμιοῦσιν; quae lectio  
adeo mihi arridet, ut eam ab Isocrate profectam esse con-  
tenderim. Sententia enim sic progreditur: 'homines privati  
bene erudiantur, quippe qui vituperentur moneanturque ab  
amicis atque ex libris vitae sapientiam haurire possint: at in  
purpura nati adolescentuli tale quid. unde sapientiam hauriant  
(sc. libro), non habent. qui illis privatis multo magis erudiri  
debeant; simulac vero ad rem publicam accesserunt, paucis  
admodum aditus ad eos patet paucique isti adeo non peccantis  
delicta vituperant, ut ad omnipotentis regis nutum omnia et  
dicant et agant'. Vides hac ratione chiasmi dispositionem  
verbis inferri oratore haud indignam: 1. homines privati:  
a) amici b) libri. — 2. reges: a) libri b) amici. Praeterea  
librorum Isocrateorum lectio nisi mutato παιδείσθαι in  
περιπαιδείσθαι mihi non probatur.—Quae in papyro M scripturæ  
agnoscuntur vestigia docent aut longe aliam verborum ibi  
recensionem quandam lectam aut misere locum homoeoteleuto  
pelliciente (πλησιάζουσιν — διμιοῦσιν) fuisse deformatum.

### 8, ad III 15.

(p. 32)

Locus tractatu haud facilis apud Blassium sic legitur: οἱ δὲ μοναρχίαι πλεῖστοι μὲν νέμονται τῷ βελτίστῳ, δευτέρῳ  
δὲ τῷ μετ' εἰκείνον, τρίτῳ δὲ καὶ τεττάρτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις κατὰ  
τὸν αὐτὸν λόγον, quod me intellegere nequire libere profiteor.  
Videtur autem proficiscendum inde, quod legimus τῷ βελ-  
τίστῃ cum articulo, 'πλέον' sine articulo; itaque quae cum illo  
tradita sunt ad homines, quae sine illo ad gradus partesque  
hominibus tribuendas referemus; quam rationem · amplexos  
nos non erraturos esse testatur τοῖς ἄλλοις testaturque ipsa  
particularum μὲν — δὲ — δὲ collocatio: sequitur dativos δευτέρῳ  
τρίτῳ τεττάρτῳ in accusativos transscribendos esse; 'τῷ μετ'  
εἰκείνον' porro pro τῷ μετὰ τὸν βελτίστον' dictum est eadem

[ad III 15:  
18. V 117.] rationale, qua τοῖς ἄλλοις verbis κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον adiectis summatim significat τρίτον δὲ τῷ μετὰ τὸν μετ' ἔχεινον κτέ., ita ut etiam in inferioribus ordinibus eadem ratio distribuendorum honorum adhibeat. Delendum autem in verbis nostra ex ratiocinatione restitutis est καὶ: quo facto ad eandem quam σ praebet lectionem, a qua, quod premendum videtur esse, profecti non sumus, devenimus. StobB cur καὶ retineat, ex archetypi condicione mihi explicatur, quippe in quo fuerit:

οὐ οὐ οὐ  
δευτέρῳ — τρίτῳ τεττάρῳ καὶ τοῖς ἄλλοις; aut scriba nescio quis voculam istam expunctam esse praetervidit aut corrector eam delere oblitus est.

### 9, ad III 18.

(p. 33)

Lectiones docent Stobaeum πάντων sicut Γ scripsisse; nam quod apud eum legitur, ἡ περὶ πάντων, ita natum est, ut voci q. e. πάντων ex vulgata recensione περὶ insuper addetur; ἡ autem nihil est quam solemne istud γρ. (cf. p. 34 ann. 1). — Iam Blassius περὶ, quod σ Stob. praebent, respuit, recepit ex iisdem illis τὰ; quod cum faceret, nescio an rectam viam non inierit: ut enim sanam et sententiam et constructionem ederet, aut σ aut Γ sequi eum necesse fuit; quae autem requiritur sententia: ‘omnia optime constituunt,’ eam in Γ non deprehendimus, quippe cuius πάντων nihil nisi intentio superlativi possit esse; quod si est, cum omittatur simul articulus τὰ, non habet obiectum. Verum tamen ut adicias obiectum e. g. πάντα, reputa modo, quam veri dissimile sit Isocratem et πάντων et ὡς οἶόν τ’ ἐστι coniunctum superlativo addidisse. Sin vero servata simplici voce (πάντων) ex σ Stob. τὰ ante βέλτιστα insereris, unde pendebit genetivus? an ex τὰ βέλτιστα, ita ut fere sit τὸ βέλτιστον τοῦ κοινοῦ? At quam tortuose Isocratem verba disposuisse nunc tibi sumis, cum eum omnino nihil prohibuerit τὰ βέλτιστα πάντων scribere? Vides rem ad lectionem σ Stob. redire, qua recepta omnes difficultates ita diluuntur; ut τοῖς κοινοῖς et περὶ ἀπάντων non minus quam λυμανεται et τὰ βέλτιστα πράττουσι eleganter inter se opposita sint.

### 10, ad V 117.

(p. 43)

Glossa Harpocratioris ἀποπομπάς. Ἰσοχράτης Φιλίππῳ ἀποπομπαῖοι τινες ἐκαλοῦντο θεοί, περὶ ὧν Ἀπολλόδωρος ἐν σ' περὶ θεῶν διείλεκται post Φιλίππῳ mutila videtur; neque enim cohaerent quae sequntur cum loco Isocrateo; intercidit explicatio vocis ἀποπομπή, quae ni fallor ex Suida repeti potest; hic enim s. v. ἀποπομπή habet: καὶ ἀποπομπή· ἀπί

[ad V 117. *τοῦ ἀπορούτη*. quod idem extat in lexico Bachm. An. Gr. VI 104] I 130,16 (et ap. Zonar.); quanquam autem apud Photium hanc glossam, ut quae magna illa literarum *α—ε* clade deleta sit, non legimus, tamen eum Suidae esse fontem appareret inde, quod Bekkeri lexicum sextum (i. e. Bachmanni) ex Photio haud pauca desumpta continere Naberus (praef. ad Phot. § 18 p. 130 sqq.) demonstravit. Photius autem si glossam eiusmodi tenuit, quam Harpocrationem vidimus necesse esse eo loco, quo nobis nunc lacuna patet, exhibuisse. quid Harpocrati sua non restituamus? Epitomen enim lexici haud paucis locis nostro Harpocrati corpori pleniora continuisse notum est. — *ἀπορούται* igitur omnia ea nominabantur, quibus homines mala deorum ipsis insidianum averruncare studebant.

## II, ad VI 104.

(p. 44)

Isocrates dixit γεγενημένην. Ut enim 'γεγονός' apud eum semper est 'natus,' ita 'γεγενημένος' semper 'factus'; passivi participii exempla non affero, activi haec sunt: IV 60. 62. 84. 121 V 33. 115. 136 VII 37. 72 IX 19. 21. 72. 76. 81 X 43. 52 XI 8. 35. 38. 41. 42 XII 3. 81. 198. 205 (bis). 206. 263<sup>1</sup>) XV 166. 181. 306 XVI 33 XIX 13. 22 [ep. 7.2. 8.4. 9.3. 18]. Atque quo accuratius videas, quam strenue huic regulae oratore applicaverit, proferam locos, quos contra illam pugnantes vulgata quondam praebebat ex Γ nunc correctos: IV 59 γενόμενος ΓΕ: γεγονὼς Σ, 174 γεγονένων ΓΕ: γεγονότων Σ, IX 41 γενόμενος ΓΔ: γεγονὼς Σ, 72 γεγονότων Γ: γεγονένων ΙΣ; quibus addo XI 46, ubi Blassius ex Σ dedit ἐξ μεγάλων καὶ δεινῶν αἰτιῶν περὶ σὲ γεγοντῶν violans regulam, cum verum atque oratori restituendum in Γ legatur γεγονένων, quod etiam si sententiam spectas, a vituperio plane liberum est. Neque minus contra Fubrium (animadv. p. 50) mihi pugnandum, qui XII 50 ex lectione Γ γεγονασινμερο<sup>2</sup>) elicuit γεγονότες, cum usus dicendi passivam formam flagitet; γενόμενοι correctorem Urbinatis archetypi dare voluisse Blassius recte vidit, cum sagaciter lectionem illius ita reconcinnaret:

<sup>1</sup>) πλέον ἀπολελευμμένοις τῶν σῶν εἰοῖν ἡ τῆς Ομήρου δόξης οἱ περὶ τὴν αὐτὴν ἔκεινη ποίησις γεγονότες; qui locus non comparandus est cum III 12 εἰ περὶ τὸ συμβούλευεν μήνον γενοίμην aliisque id genus sescentis; etenim ad artem patriam colendam nascuntur rapsodi.

<sup>2</sup>) Non minus mira est lectio Γ XVI 19 οὐκαταπολέοισι pro quo σ οὐ καταπολέμουσι præbet; editores simplex οὐκ ἀπολέοισι oratori imputant; ego mihi rectius ex vestigiis illis οὐκ ἀταπολέοισι elicuisse videor; cf. Plat. Crito 51<sup>a</sup>; vox quod apud Isocratem alias non extat, nihil conjecturae fidei obest; talia facile orator ad usum fixerit.

[ad VI 104 νέρο

γεγόνασι; attamen coniectura 'γεγενημένοι' Benseleri nos super-sedere posse concedere prohibeoir insequente participio 'ἐκλελοιπότες. — Contra recte Blassius Γ deseruit IX 72, ubi verum προγεγενημένων Αξ tradunt, Γ mendoza γεγενημένων ('Cf. § 70.') exhibet. Duobus tantum locis, quod sciam, hiatus vitandi studio orator ut regulam laederet coactus est; VII 10 πρὸς δὲ τοὺς Ἑλληνας διαβεβλημένοι καὶ τῷ βαρθάρῳ πολέμιοι γεγόντες, ἐτι δ — ἡναγκασμένοι — τοὺς δ — ἀπολωλεκότες et XII 209 οἱ μὲν γὰρ ἀν φανεῖν πολλῶν εἰρημάτων καὶ μαθῆται καὶ διδάσκαλοι γεγόντες, οὗτοι δὲ κτέ.; horum autem posterior mihi locus propterea quoque afferendus erat, ut aliam eiusdem orationis paragraphum (101) expedirem, in qua legimus ex Γ ὅστε δικαίως ἀν ἔκεινοις μὲν ἄπαντες ἐγκαλέσειν ὡς ἀρχηγοῖς γεγενημένοις καὶ διδάσκαλοι τῶν τοιούτων γεγόνασιν ἔργων, cum ultima in § sic extent: 'καὶ διδάσκαλοι τῶν τοιούτων ἔργων.' Benselerus inde Urbinatis lectionem amplexus transcripta voce 'γεγόνασιν' in 'γεγόνασιν' Blassio rectissimae annotationis dedit ansam: 'quod si verum est, delendum γεγενημένοις'; at Benselerus erravit, quia ex usu Isocrateo γεγενημένοι requiritur. Delenda igitur verba sunt 'καὶ διδάσκαλοι γεγόνασι' legendumque ὡς ἀρχηγοῖς γεγενημένοις τῶν τοιούτων ἔργων. Etenim magister quidam, dum enarrat hunc locum, ad § 209 auditores revocans effecit, ut unus ex his vel plures in exemplo Isocrateo quod tenebant inscriberent: καὶ διδάσκαλοι γεγόνασι. Videsne unde ille nominativus et indicativus? Fuerunt in archetypo, cuius maculas fideliter servat Γ<sup>1</sup>), § eleganter, quantum id fieri licuit, genuinis verbis adaptata exhibet, ita fere literae discriptae:

καὶ διδάσκαλοι γεγόνασι

γεγενημένοις τῶν τοιούτων ἔργων. Magister autem ille, quem finxi, ad § 209 respicere debuit, ut ea quae in § 101 sequuntur illustraret: ὥσπερ τῶν μαθητῶν. — Haec hactenus de participio; ex ceteris perfecti formis eas, quas a radice 'γον' duxit, protulit eis, quae a 'γενε' derivantur, si illae assumpto ν para-

<sup>1</sup>) Correctus Γ iam videtur XV 168 ὁρῶν δ'οὐ μόνον δισκόλως διακειμένους περὶ τὴν τῶν λόγων παιδείαν τοὺς εἰδισμένους; ἄπασι χαλεπαίνειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων πολετῶν πολλοὺς τραχέως πρὸς αὐτὴν διακειμένους, ἐφοβούμενην, μὴ κτέ; sana verborum collocatio non est, quia sententia flagitatur, ut verba τοὺς εἰδισμένους ἄπασι χαλεπαίνειν nullo intervally interposito excipiunt illud οὐ μόνον; quod ne fiat impediunt δισκόλως... παιδείαν', in quibus orator et πρὸς (non περὶ) scribere debuit et evitare vocis q. e. διακειμένους repetitionem, id quod Kayserus monuit. Verba hene se haberent, si extaret: οὐ μόνον τοὺς εἰδισμένους ἄπασι χαλεπαίνειν ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων πολετῶν πολλοὺς τραχέως πρὸς τὴν τῶν λόγων παιδείαν διακειμένους. Glossema priori parti illatum effecit, ut posterior mutaretur (αὐτὴν); neque vero manus corrígens quae sermone ac sententia postulantur lenis esset.

[ad VI 104. gogico desinebant in consonam, cum vocalis has clauderet; VIII 19 a radice quae dicitur forti ductae hae sunt:]<sup>1)</sup> γέγονε \*IV 13. \*28. 38. \*139. \*140. 150. 167. 169. \*175. \*V 21. VIII \*107. \*IX 69. XII \*93. \*108 XIV \*59. XV \*28. \*30. 35. 83. 106. \*114 \*118. 190. XVI \*36. XVII \*33. XVIII \*14. \*15. [ep. \*7,6]; γεγόνασι IV \*116. 117. 137. 149. 161. V \*42. \*147. VIII \*29. IX 13. \*70. XII 9. 207. 210 (cf. 205). XIII 5. \*6 \*14. XIV \*9. XV \*45. \*80. 99. \*163. XIX \*33. XX 7. [ep. \*4,2]. — γέγονε [I 24]. V 71; γεγόνασι IX \*6. XVI 4. XIX \*36. Regulam quam modo hisce de formis protuli exceptionum capacem esse scio, velut XIX 33 γεγένηται legitur; sed rarissimae tales formae sunt. — γεγονέναι me legisse non memini. Inter ceteras ita delectum habuisse orator videtur, ut de personis semper fortes formas, de rebus et fortes et lenes, prout hiatus fuga cogebatur, adhiberet: γέγονα V 12 XII 88 (*Γ: γεγονά τα* Σ) XV 195; γεγόναμεν IV \*24. \*26 VII \*73 VIII 108 XII \*98 XIV \*51 [ep. 7,11]; ἐγεγόνει XVIII 16.

## 12, ad VIII 19 (p. 49).

Isocrates 'τρόπος' vocem hisce in notionibus habet: τὸν αὐτὸν τρόπον IV 80. V 85. VI 24. VII 28. 56. XV 151. XVI 1. τὸν αὐτὸν τρόπον ὄντερ IV 66. V 93. τοῦτον τὸν τρόπον III 5. V 119. VII 20. VIII 35. IX 19. XI 46. 48. XV 31. 55. 152. 185. 323. XXI 20. [ep. 6,10] τὸν τρόπον τοῦτον VII 56. XI 30. XII 41. 247 (τοῦτον τ. τρ. Σ). XV 283. ἐκεῖνον τὸν τρόπον XII 3. πάντα τρόπον IV 151. XII 17. ὅν τρόπον V 33. 105. 150. VI 16. XII 44. 140. 236. XV 69. ὄντερ τρόπον VI 32. τίνα τρόπον VIII 74. XII 175. XV 306. — ἐκ παντὸς τρόπον III 31. IV 95.<sup>2)</sup> VI 91. IX 39. XII 160. XIV 3. 23. XV 135. 248. XVI 41. [ep. 2,20] μηδ' ἐξ ἐνὸς τρόπον V 3. ἐξ οὐ τρόπον VIII 131 (*Γ: ἐξ ὅτου Σ*). ἐξ ὅτου τρόπον [ep. 7,3]. — κατὰ τρόπον (i. e. 'eo quo decet more') II 6. V 45. VII 11. 79. XII 51. 174. XIII 16. XV 131. [ep. 2,6]. — διφερεντια τρόπων VI 31 ἀλλω τρόπων ϕ XVII 34. Ex hisce cum facilime perspiciat Isocratem τρόπον, ubi 'modi' significationem induit, nusquam aliter quam singulariter dixisse, respuemus πάντας τρόπους eo loco, ex quo profecti sumus, spreta *ΓΕ* Thomae fide, neque minus refugiemus Prisciani κατὰ πάντας τρόπους; quare verum πάντα τρόπον sola in vulgata extat, quacum Bekkeri lexicon consentit; tertium igitur formulae πάντα τρόπον hoc duobus exemplis modo allatis adiungas. — Iam cum cetero-

<sup>1)</sup> Stellulis eos locos insignivi, quibus hiatum usus formis γέγονε et γεγόνασι (pro γεγένηται et γεγένηται) orator evitare studuit.

<sup>2)</sup> Male igitur ἐξ ὄπαντος τρόπου s Schol. ad II. ap. Cram. An. Par. III 154,20.

[ad VIII<sup>19</sup>] quin aut accusativum aut praepositionem illis in notionibus IX<sup>44</sup>. reprehendamus, duos istos in dativos ὅτῳ τρόπῳ VI 31 et ἄλλῳ τρόπῳ φ· XVII 34 clades persedisse videtur, quorum hic locus quin mendosus sit non potest dubitari, quia hiatum orationi foedissimum infert: η ἄλλῳ τρόπῳ φ ἡδύναντο, ita ut vix mihi coniectura evitanda videatur esse, qua verba describimus: η ἄλλον τρόπον ὃν ἡδύναντο<sup>1</sup>); in orationibus iudicariis η gravem non efficit hiatum. Cum igitur non duo sed unum dativi exemplum tradatur, quid hoccine feremus? Minime: corrigenda videntur verba 'Archidami' ὅτῳ τρόπῳ aut in δν τρόπον aut in ὅντερ τρόπον; quod enim facile propter ὅτῳ suaseris 'ὅντινα τρ.' restituere veteris indice nostro docente pronomen ὅστις ab Isocrate cum voce q. e. τρόπος in notionibus adverbialiter usurpati non coniungi.

### 13, ad IX 44

(p. 54).

Orator quae in antecedentibus Euagoram praedicaverat (οὐδὲ — διακείμενος), cum malas virtutes eum exercuisse negaret, nunc in laudatione ita pergit, ut non iam neget, sed ea ipsa quae rex praestitit adferat professus 'illum semper sibi constitisse neque aut factis aut verbis a se destitisse.' Quam sententiam cum Stobaei et vulgatae correctores parum intellexissent, ad locos respicientes velut IV 81 πιστοτέροις μὲν τοῖς λόγοις η νῦν τοῖς δροὶς χωώμενοι, II 22 τὴν ἀληθειαν οἵτω φαίνοντι προτιμῶν ὑστε πιστοτέρους εἴναι τοὺς φοὺς λόγοντος [μᾶλλον] η τοὺς τῶν ἀλλων δροὺς, [1,22] δεῖ γὰρ ἀγαθοὺς ἀνδρας τρόπον δρον πιστοτέρον φάίνεσθαι παρεχομένοις<sup>2</sup>): tales inquam locos respicientes alter correctorum istorum

<sup>1)</sup> Cautionem in Trapezitici proprietatibus sermonis tractandis adhibendam esse summam nuper docuit Grosse, qui programmate 'Über Isokrates Trapezitikos' (Arnstadt 1884) inscripto gravissimis causis orationis genuitatem impugnans effectit, ut etiam manifestorem faceret inertem defensionis imbecillitatem, quam paulo antea Galle adsecutus est dissertatione sua 'de Isocratis oratione Trapezitica' (Lips. 1883). Qamquam vero certum iudicium hac de re ferre nondum audeo, tamen parum caute mē supra dixisse fortasse concedendum; cautius Schwabe 'de dicendi genere Isocrateo' (diss. Hal. Sax. 1883) p. 24 hunc inter eos rettulit locos, quibus Isocrates in posterioribus orationibus particulam περ affixurus fuisset: at ipsum istud quod desiderat ἀλλῳ περίπῳ οὐ περ ηδ. Isocrateum non esse modo posui.

<sup>2)</sup> Idem, ni fallor, sibi vult Sophoclis fragmentum 810 N. εἰδούσθα σώφρων τάχα τοῖς λόγοις ἵνα, in quo τάχα Nauckius bene restituit; nec vero placet, quod idem ἵνα coniecit; verbum enim requiritur: aut igitur statuendum versum inse-quentem continuuisse vocem qualis εἰδότων aut — quod magis placet, cum hoc modo efficiamus, absolutam ut sententiam versus exhibeat — scribendum τάχα τοῖς λόγοις ἵνα; cf. Soph. El. 686.

χροῖς', alter 'δέρχοις' supra 'ἔργοις' scripsit, quae in textum cepta alias mutationes necessarias reddiderunt. 'τὰ' autem obaei in 'τὰς' mutare, quod Gesnerus fecit, non est scriptum miendum tollere, sed quid auctor lectionis voluerit non tis percipere; is enim δέμολογίαι non de rebus interpretatus it quae inter se conveniunt, sed de iis de quibus inter homines conveniunt; quamobrem mutatis 'ἔργοις' in 'λόγοις' dicimus ei videbatur esse: 'quae pactus erat, eadem cura praeditum, qua ea quae erga deos praestanda ei erant;' itaque ut Stobaeo retinendum est τὰ, ita non recipiendum inter orationis verba.

#### 14, ad X titulum (p. 55).

Libri 'Ελένης ἐγκάμιον; 'Ελένη Benselerus ed. vol I (praef. XXXII) ex Arist. rh. III 14, Harpocr. v. Θεράπτων et 'Ομηρίδαι, h. Gr. II 45,5. 446,23. VII 1032,18. W. Υποθ. 10 restituitur quanquam addere possum BA. 85,15, tamen cum libris facio, iibuscum consentiunt Quint. III 8,9 ('in Heleneae laude') et arp. v. βουρβίλιος; in lexicis (BA.) facile brevior titulus adhiberi sovit. Relege praeterea titulos hosce: *Iοργίων* 'Ελένης ἐγκάμιον, λυταμιστόρας ἐγκάμιον (in indice Pseudo-Isocratearum ed. lass II 274). *Ναΐδος* ἐγκάμιον (Alcidamantis, apud Athen. III 592<sup>c</sup> at *Βούνιοις* Isocratis, *Ἀγησίλαος* Xenophonis, *εοπτιόλεμος*. *Μερεχοάτης* (inter Pseudo-Isocrateas), 'δ' *Ἀλέξαρχος*, quem ad Gorgiam rettulerim; simplex enim articulus διαιeter ceteros auctores, quorum scripta non ita exemplorum star habebantur, Leontini orationi aptus esse videtur; conveniunt insuper quae de orationis ingenio Blassius (Att. Bereds. II 42 sq.) disputat, qui tamen de Theodecte Phaselite cogitat, iius haud raro Aristotelem mentionem iniecisse fatendum est; que vero Suidae testimonium (v. Θεοδέκτης) neque Philodemus τερψίχορτος col. 36 sq.). quo nisus Sauppius (O. A. II 223) 'Αλεξανδροῦ' ad Polycratem rettulit, quicquam valent. Sed ne in inciendo longi sinus. ad laudationes redeo. Vides mulierum omnia in genetivum deflexa ex nomine quodam substantivo endere. virorum talia non adsumere; cui mori illud librorum oratorum 'Ελένης ἐγκάμιον sufficit. Sequitur addendum iam esse aliquid post *Πενελόπης* in Pseudo-Isocratearum dice, quod aut ἐγκάμιον potest esse aut ψόγος (Blass, Att. Bereds. II 95. ann. 7). Quam male autem sibi constent peiores istes in appellandis orationibus, collatis orationis X et XI argumentis videbis, ita ut nihil ex Schol. in Plat. Hipp. 229<sup>a</sup> p. 286. 'Ζωΐλος ἐν τῷ εἰς Πολύφρημον ἐγκάμιῳ' contra me paraturus; 'καὶ τὸ τοῦ σοριστικοῦ λήρου μεστὸν ἐγκάμιον εἰς Πανσαράν' personati Demosthenis (Dion Hal. de adm. vi dic. in

[ad X tit. Dem. c. 44) praetereo. Omisi porro, ut p̄ar est, eas laudationes,  
 XII 30 quarum ipsos titulos non accepimus: dico Theopompi lauda-  
 tiones Mausoli (Blass, Att. Bereds. II 372) Philippi Alexandri  
 (Theo pro gym. rh. Gr. II 68. 110 Sp.), Naucratis et Isocratis  
 Apolloniatae laudationes Mausoli, Cephalı laudes Lagidos  
 meretricis (Athen. XIII 592<sup>c</sup>), Matridis et Caucali Chii ἐγκάρμον  
 Ἡρακλέους (Athen. X 412<sup>b</sup>). Theodectis laudatio Mausoli tra-  
 goedia erat inscribebaturque simpliciter 'Mausolus' (Hygin. ap.  
 Gell. n. a. X 18, 7). Denique titulos laudationum Potamonis  
 Mytilenaei, quos Suidas (v. Ποτάμων Μυτιλ.) tradit, 'Βρούτον  
 ἐγκάρμον, Καίσαρος ἐγκάρμον' ab illo vel potius ab auctore  
 eius non religiose relatos esse contendō: nam usque ad  
 Romanorum aetatem morem illum valuisse docet Plutarchus  
 Caes. 54.: ἐγράψε Κικέωντας ἐγκάρμονος ὄνομα τῷ λόγῳ  
 Στέμνεος 'Κατώνα' (cf. Cic. Top. 25 94), quod idem Caesaris  
 duo 'Anticatones' comprobant; libelli 'in quo (Hirtius) collegit  
 vitia Catonis' (Cic. ad Att. XII 40,1) titulum ignoramus;  
 neque magis noti indices libelli Brutiani de Catone et de App.  
 Claudio aut Ciceroniani de Porcia et Caesare. — Haec dispu-  
 tanda mihi esse duxi, ne vana quamvis speciosa té Benseleri  
 (praef. p. XXXII ann. 8) decipient argumenta.

### 15, ad XII 30

(p. 60).

Editores e Stobaei florilegio sententias 1, 42. 43. 44 eicere  
 solent, quippe quae ut Gesneri in editione ita non in libris  
 inveniantur; Gesnerus, inquiunt, eas ex ipso Isocrate addidit.  
 Quid igitur? quo libro usum esse Gesnerum statuis? vul-  
 gatae? at lectiones Stobaeenses nostro loco cum Γ consentire  
 solent (καλῶ, ἐλαφροτάτους, ἔτι τοὺς, ἐξισταμένους). Aut Ur-  
 binatis? Bekkero igitur laudem Isocratis sospitatoris praeri-  
 pere veritus Gesnerus librum modo inspectum statim tenebris  
 reddidit? immo ad Σ accedit Stobaeus praebens τῇ τάξει,  
 ἀλλὰ πρὸς πάντα, τελείους adversante Urbinate. Nunc Clementis  
 Alexandrini ne obliviouscar licet monere, ex quo fortasse Ges-  
 nero sua depromere licuerit.. Quamquam autem Stobaeus  
 cum patris Christiani libris in lectionibus καλῶ, ἐξισταμένους,  
 τῇ τάξει, ἀλλὰ πρὸς ἀπάντα, τελείους facit, tamen ab eo recedit,  
 cum exhibet ἔτι τοὺς (cum Γ), δεὶ κρατοῦντας, μέγιστον, δια-  
 κειμένους, ἐμμένοντας; praeterea is, qui Clementem loci Stobaeensis fontem Gesnero vindicat, sumere coactus est verba  
 ab Alexandrino omissa (ἐπειδὴ — ἀποδοκιμάζω, καὶ μὴ —  
 γιγνομένους, τοὺς δὲ μὴ μόνον — ἀρετάς) virum illum doctum  
 ex Isocrate repetuisse, verba ab Alexandrino tradita suis  
 coniecturis ita ornasse, ut modo Γ modo Σ imitanda sibi  
 proposuisse videatur, uno autem loco tam felici usum esse

[ad XII 30. acumine, ut solum omnium, dis credo adiuvantibus, Urbinatis XIII<sup>12</sup> lectionem inveniret. Iam vides quo redacti simus: Gesnerus neque ex Isocrate neque ex Clemente sententiam 1, 44 in Stobaeum intulit. sed invenit in libro manuscripto: reddamus igitur Stobaeo quod Stobaei est. Quid autem? quod hac de sententia statuimus, nonne eadem de duabus antecedentibus indicanda sunt? ego vero credo. Audi modo, adfert Pythagoram, Antisthenem, hocionem, Diogenem, Socratem, Democritum, Isocratem (1, 41 et 45), Epictetum: num dubitare licet, quin Stoaeus haec omnia ex gnomologio quodam suum in florilegium transtulerit, quam nostram sententiam etiam eo comprobari videmus, quod verba ἡ δὲ τῆς ἀρετῆς κατηστάτη γονυμένη in Orionis quoque anthologomico extant (VII 13). Licuit igitur e lemmatum serie eruere, unde alteram (1,43) sententiarum dubiarum Stobaeus hauserit; quid? idem si de tertia illarum (1,44), quam modo tractavimus, demonstrabitur, nonne primam quoque (1,42) e gnomologio petitam a Stobaeo, non a Gesnero in primum florilegii caput receptam esse concedendum erit? Tertiam autem in gnomologio quodam fuisse Clemente ascito facile perspicimus. Is enim praeter hunc, de quo agitur, locum ex Isocrate duos tantum excrispsit IV 141. XIX 31 eosque eo in libro, quem illum ex Aristobulo compilasse constat,<sup>1)</sup> sexto; qua re cognita unicus iste locus noster Panathenaeici relinquitur, qui evincere possit Clementem Isocratis orationes legisse; at cum unicus sit, hunc etiam Alexandrinum non ex ipso oratore sed e chrestomathia quadam deproprompsisse verisimillimum est. Sin autem Clemens verba tali ex compilatione mutuatus est, quidni Stobaeus, qui eadem haec habeat inter sententias procul dubio e gnomologio deprompta? Tres igitur Stobaei sententias non eiciendas esse tanquam a Gesnero interpolatas demonstravimus.

## 16, ad XIII 13

(p. 62).

Paragraphum tertiam decimam orationis 'contra sophistas' ab Isocrate scriptam esse non credo, quae, quod ad sententiam facit, nihil ferat novi:

## § 13

ἢν μὴ τῶν καὶ ρῶν καὶ τοῦ ὄστις ἀν ἀξίως μὲν λέγῃ πρεπόντως τῶν πραγμάτων καὶ καὶ νῶς ἔχειν μετάσχωσιν μηδὲν δὲ τῶν αὐτῶν οἰς (cf. XV 82. 83)

## § 12

τῶν πραγμάτων ἄλλοις εὑρίσκειν δύνηται,

<sup>1)</sup> De Aristobulo quid actum sit docet Zeller, Philosoph. d. Gr. III 3,257 ann. 2.

[adXIII13. cf. § 16: τὸ δὲ τούτων ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πραγμάτων ἀς  
 XIV 5 ελέσθαι καὶ μεῖξαι πρὸς ἄλληλας καὶ τάξαι κατι  
 ἔτι δὲ τῷν καὶ οὐν μηδ διαμαρτεῖν ἄλλὰ καὶ τοὺς  
 μασι πρεπόντως δόλον τὸν λόγον διαποιῆται. In iij  
 verbis pessime se habere τοῦ καινῶς ἔχειν μετ  
 'praesertim cum καλῶς ἔχειν praecesserit' iam Bla  
 nuit; idemque animadvertisit meliorem evasuram esse  
 si ex ultimis paragraphi verbis 'ὅτι πολλῆς ἐπιμελ  
 (sc. οἱ ποιητικοὶ πραθείγμασι χρώμενοι) δεόμενοι  
 τοὺς ἄλλους ἐπιχειροῦσιν' voces 'τοὺς ἄλλους' (i  
 dulos) eiecerimus; neque enim in iis, quae haec co  
 cipiunt 'εἰ δὲ δεῖ μηδ μόνον κατηγορεῖν τῷν ἄλι  
 καὶ τὴν ἐμαντοῦ δηλώσαι διάνοιαν' idem significant  
 λαν' (i. e. praceptorum) quod supra 'τοὺς ἄλλους': id  
 verbum paucissimis interiectis vocibus ad easdem re  
 sonas simplices sanaeque nos cogunt rationes; quo  
 fieri nequeat, non solum τοὺς ἄλλους delebimus, sed  
 argumento ex sententia male frustulis aliunde p  
 glutinata totam paragraphum uncis saepiemus. Cui  
 nonne id quoque suffragatur, quod verba μέγιστον  
 τῆς ἀνομοιότητος αὐτῶν tanto hiatu ab iis ad quae  
 sunt (τὸ μὲν τῶν γραμμάτων — τὸ δὲ τῶν λόγων), se  
 ut simplicis perspicueaque dictionis Isocrateae plan  
 visci necesse sit, si haec ita Isocratem scribere pot  
 cessurus sis? Occurretur autem nobis et quidem ε  
 eruditeque quaerentibus, liceatne ita Isocratis verba  
 nare, ut hiatu foedissimo orationem laceremus (§ 11..  
 [§ 12 μέγιστον... ἐπιχειροῦσιν], § 13 εἰ...). Qui velim  
 inspiciant extremas § 12 partes: sana in iis non est  
 neque enim 'is in arte oratoria exercitatissimus est  
 dignitate verum dixerit, neque vero proferre possit, qu  
 arte inventa fuerint', sed 'qui pro dignitate reru  
 quemque ingenii tenuitas non cogit ut aliorum invent  
 expectamus igitur δέηται pro δύνηται, quod inte  
 verba recipere non dubitarem, nisi ex insequentis p  
 intercalatione omnia hic vacillare appareret. Sed he  
 strasse mihi videor, non bene δύνηται se habere  
 inde contra suspicionem, in quam totam paragraphu  
 iure aliquid moveri.

### 17, ad XIV 5 (p. 63).

Locus Prisciani tam corruptus est, ut, prius  
 Isocratem nos convertamus, grammatici verba  
 coacti simus. Legimus: 'Attici οὐχ ὅπτως τόδε οἱ  
 ἄλλοι οὐδὲ τόδε et rursus οὐχ ὅπτως τόδε οὐκ ἔγειν

